mum dicitur q̃ in ista ꝯ̃ est species non subicitur terminus discretus formaliter ꝫ bene virtualiter. quia ꝯ̃ ibi tenetur ꝓ natura simplici in se accepta per modum vnius discreti. ⁊ habet modum singularis respectu huius predicati species quod conuenit sibi ꝑm se. ⁊ non ea parte qua communis est suis inferioribus: sed inquãtum differt ab eis ¶ Ad secundum dicitur. q̃ si in ista omnes apostoli dei sunt duodecim. omnes sumatur distributiue est vniuersalis ⁊ falsa. ⁊ si collectiue est singularis ⁊ vera. ⁊ licet subiectum teneatur actu ꝓ pluribus. tamen illa plura accipiuntur vt collecta per modum vnius discreti. vt sunt vnum subiectum huius numeri duodecim. ⁊ sic est ibi virtualiter terminꝰ discretus vel singularis. ¶ Ad tertium dicit q̃ si in illa totus sortes est albus. ly totus teneatur collectiue ꝓ perfecto est simplicit singularis. ꝫ si teneatur distributiue ꝓ ptibus integralibus. vt tantum valet sicut quelibet ps tunc est ỽtualiter vꝝis. ꝫ adhuc est formaliter singularis. ¶ Ad quartum dꝛ q̃ ꝓnomẽ ꝓsideratum ꝑm suos modos significãdi essentiales qui sunt significare ꝑ modum substãtie indeterminate. ⁊ determinabile ẽ indeterminatũ, nec ꝑt determinare nec ꝯ̃here terminũ cõem ꝫ ipm ꝓsideratũ q̃tũ ad suos modos accidentales q̃ sunt relatio vel demõstratio ỽture demõstratõis ꝯ̃ht terminũ cõez cui addit ad stãdũ ꝑ vno suppositio determinato. ¶ Ad q̃n tũ dꝛ. q̃ ly sortes dicat eq̃uoce de isto ⁊ de illo nõ vniuoce tñ ꝑm vnã rõez. ⁊ ly ille sortes ⁊ alius habeãt eãdẽ rõnẽ cõez vt ꝓuenũt in noie ꝯ̃is. nõ tñ vt ꝓuenũt in b̃ noie sortes. q; nõ sig̃ficat eos ꝑm idẽ significatũ nec ꝑm eandẽ impositõez voc.

¶ Item ꝓpositionum cathegoricarum alia est affirmatiua alia negatiua. Affirmatiua est illa in qua p̃dicatuz affirmatur de subiecto. vt homo currit. Negatiua est illa in qua predicatum negatur de subiecto. vt hõ nõ currit.

¶ Postq̃ autoꝛ p̃misit diuisionem ꝓpõnis cathegoꝛice sumptam ex pte quantitatis ⁊ materie eius. ⁊ etiam posuit diffinitões mẽbroꝝ eius: b̃ ꝓsequenter ponit aliam diuisionem ꝓpositionis cathegoꝛice que se tenet ex pte forme ⁊ qualitatis essentialis propositionis dicens q̃ ꝓpositionum cathegoꝛicarum alia ẽ affirmatiua alia negatiua. Cuius diuisionis ratio est. quia in omni propositione cathegorica ẽ ꝓpositio p̃dicati ⁊ subiecti. vel ergo ibi compositio ẽ ꝑm voces tñ. ⁊ sic est negatiua vel fit ꝑm voces ⁊ significata. ⁊ sic est affirmatiua.

¶ Pro quo sciendũ est p̃mo. q̃ in

oi voce ꝓplexa ẽ ꝓpositio plurũ vocũ sig̃ficatiuaꝝ. ⁊ q; ois ꝓpositio cathegoꝛica ẽ q̃dam voꝛ incõplexa ex ſbiecto ⁊ p̃dicato. ideo in q̃libet cathegoꝛica ẽ ꝓpositio ſbiecti ⁊ p̃dicati: ꝫ subiectũ q̃nq̃s ꝓponit cũ p̃dicato ꝑm vocẽ ⁊ sig̃ficatũ sic. vt h̃. hõ ẽ aial. ibi ẽ ꝓpositio hominis ⁊ aial' ꝑm voces. ⁊ ibidẽ signat ꝓpositio eoꝝ ꝑm significata q̃nq̃s vo ꝓponit subiectũ ⁊ p̃dicatũ ꝑm voces tñ. ⁊ ibi sig̃ficat diuisio eoꝝ q̃tũ ad sig̃ficata. vt h̃. hõ ñ ẽ asin? ibi sig̃ficat diuisio ⁊ remotio significatuoꝝ hominis ⁊ asini.

¶ Secundo sciendum est. q̃ ꝓpositio affirmatiua est illa in qua predicatum affirmatur de subiecto. vt homo currit. ⁊ ponit illa loco g̃nis. ⁊ residuũ ad differẽtiã ꝓ

positionis negatiue in q̄ p̄dicatū nō affirmatur de subiecto. ⁊ dr aliqd affirmari de alio qđ ꝓponit cū ipo mediāte copula v̄bali non negata. ⁊ qr in ꝓpōne affirmatia p̄dicatū cōponit cū subiecto mediāte copula v̄bali sine negatōe. ⁊ ibi designat ꝓpositio subiecti ⁊ p̄dicati. ideo in ipa p̄dicatū ꝓponit cū subiecto nō ē ĩn intelligēdū de intētionibus subiecti ⁊ p̄dicati q̄ ꝓponant int̄ se. ꝫ dr intelligi de rebus subiectis intētionibus illis.

¶ Tertio sciēdum ē q̄ ꝓpositio negatiua est illa in q̄ p̄dicatū remouet a subiecto. vt ḣō nō currit. ℞ō est. qr illud dr removeri a subiecto qđ solū ꝓponit cum eo ſm vocē. ⁊ denotat diuidi ⁊ separi ab eo ſm rē. ⁊ sic ē negatiua vt ꝑus dictū ē. ideo in eo p̄dicatū remouet a subiecto ſm modū enūciādi. s. mediāte negatōe ꝓpositōis designate p v̄bū. ⁊ p hoc differūt ꝓpositio affirmatia ⁊ negatiua ¶ Ex quo patet q̄ ꝓpositio affirmatia ⁊ negatiua inter se differūt ſm speciē. ¶ cuius rō ē. qr q̄cūq; differūt ſm suas formas essentiales sic q̄ differentia sumat ab illis formis essentialibꝫ dūmō ꝓueniāt in gñe differūt in spē. ꝫ dr̄ia ꝓpositōis affirmatie ⁊ negatie sumit ſm suas formas essentiales. qr sumit ex pte compositionis que est forma essentialis cathegorice. ideo ꝓpositiones ille specie differūt. ⁊ ideo diuisio ꝑus posita ē diuisio gñis in suas species ſm modū.

¶ Quarto sciendum est q̄ affirmatio ⁊ negatio dupliciter accipiuntur. Uno modo formaliter. s. affirmatio ꝓ ꝓpositione affirmatiua p̄dicati cum subiecto. negatio ꝓ pro compositione negatiua eorundem que fit per negationem appositam verbo. capiendo negationem pro aduerbio negandi. ⁊ isto modo affirmatio ⁊ negatio sunt differētie essentiales enunciationis. Alio modo materialiter. s. affirmatio pro oratione affirmatiua. ⁊ negatio pro oratione negatiua. ⁊ hoc mō sunt species enunciatōis. ⁊ ab aristotele diffiniunt Affirmatio est enunciatio alicuius de aliquo Negatio vero est remotio alicuius ab aliquo ⁊ capiendo isto modo diuisio p̄sens fit in species. ꝫ capiendo affirmationem ⁊ negationem primo modo formaliter sic fit per differentias.

¶ Sed contra p̄dicta arguitur Primo sic. Nulla oro in q̄ destruit forma cōpositōis ē propositio. ꝫ negatiua ē hmōi. qr negatio destruit ꝓpositōez q̄ ē forma ꝓpositōis igit nulla propositio ē negatiua. ¶ Dcdo sic. hec ē cathegorica. qđlibet ē vel nō ē. ⁊ tamē nō est affirmatiua vel negatiua. qr vnū membrū affirmat ⁊ aliud negat. ⁊ sic nō dr magis dici affirmatiua q̄ negatiua. igit ꝑ diuisionē. ¶ Tertio sic. hec est affirmatiua. fortes q̄ nō currit mouetur. ⁊ tamen ibi p̄dicatū nō affirmatur de subiecto. cum ibi sit negatio negans precedens predicatum. ergo male diffinitur propositio affirmatiua. ¶ Quarto sic. vbi p̄dicatum componit cum subiecto nō remouet ab eo. ꝫ in propositione negatiua p̄dicatum componitur cum subiecto cum hoc sit de rōe propositōis. igit non remouetur p̄dicatum a subiecto. igit ⁊c. ¶ Quinto sic. hec est negatiua. ḣō nō est animal. ⁊ tamē p̄dicatum non remouet a subiecto cū impossibile sit aīal removeri ab hoīe.

¶ Ad argumenta ante oppositā

Ad p̄mū dr q̄ lz in propositōe negatiua destruat cōpositio significatoꝝ subiecti ⁊ p̄dicati. nō tñ destruit copula v̄balis ſm se nec cōpositio p̄dicati ⁊ subiecti ſm vocem. ¶ Ad secundum dr q̄ si ista. quodlibet est vel nō est. sit vna disiunctiua sic est affirmatiua. qr eius copula p̄ncipalis. s. coniunctio illa vel nō negatur. ⁊ similiter si sit cathegorica de disiuncto predicato est affirmatiua. quia principalis eius copula non negatur. sensus enim est quodlibet est ens vel non ens. ⁊ illud v̄bum est non negatur. ¶ Ad tertium dr q̄ h̄ē simpliciter affirmatiua. homo qui nō currit mouetur. quia p̄ncipale verbum eius. s. mouetur nō negat. ⁊ lz negatio negans p̄cedat ipm b tñ nō est immediate: ꝫ actus eius terminatur super illud verbum currit. quod se tenet ex pte subiecti. quia hoc totum qui non currit ē q̄dam implicatio determinatiua subiecti. ¶ Ad quartum dr. q̄ vbi p̄dicatum componitur cū subiecto non remouet ab eo ſm id in quo cōponitur. ꝫ bene ſm aliud. modo in negatiua p̄dicatum ſm diuersa ꝓponit ⁊ diuidit a subiecto vt visum est ꝑus. ¶ Ad quintum dicit. q̄ in ista homo non est animal predicatū nō remouet a subiecto ſm rem: ꝫ bene ſm modum enunciandi. s. per negationem qua denotatur ab ipo separi. ⁊ hoc modo intelligit removeri in diffinitōe ꝓpōnis negatiue, ideo nō sequitur.

Diuisa ppositione triplicit sciendũ ẽ q̃ triplex est q̃siti uũ p quod q̃rim' de ipa ppositiõe. s. q̃ q̃lis ⁊ quãta. Que q̃rit de subã ppositiõis. ideo ad questionẽ factã p q̃ respondẽdũ est cathegorica vel ypotetica. Qualis querit de q̃litate ppositionis: ideo ad q̃stionẽ factaz p qualis respondendũ ẽ affirmatiua vel negatiua. Quanta querit de quantitate. ideo ad interrogationem factam p quãta respondendũ est vniuersalis vl' particularis vl' indefinita vel singularis. Unde versus. Que ca. vl' yp. qualis ne. vel af. v. quanta par. in. fin.

Postq̃ autor posuit tres diuisiones vnam ppõnis in cõmun. ⁊ duas ppõnis cathegorice. ꝟ sequẽter ostendit aliqua quesita illis diuisionibus correspondẽtia ad querendum de membris earundẽ dicens q̃ fm triplicem diuisionem ppõnis triplex est q̃situũ. s. q̃ qualis. quãta. quoz sic habẽt sufficientia. q̃ omne quesituũ absolutũ ppõnis quent de substãtia eius vel accidente. Si pmum. sic ẽ que. Si secundũ. ꝟ est dupliciter. Uel quent de quãtitate. ⁊ sic est q̃ta. Uel de qualitate. ⁊ sic est qualis.

Circo quo sciendum pmo. q̃ hic non enumerant oia quesitiua generaliter q̃bus potest interrogari de ppõne. ꝟ solũ enumerant quesitiua correspondentia rnibus predictis diuisionibus q̃bus querimus de subã q̃ntate q̃litate ppõnis ⁊ magi ꝟ enumerant q̃ alia q̃sitiua vt sunt. ne an vtrũ. duplici rõe Primo q̃ ista tria querũt de substãtia q̃litate ⁊ q̃ntate ppõnis. Alia vo de vitate ⁊ falsitate. mõ inferius determinat de oppositõne uersione ⁊ eq̃pollentia ppositionum ad q̃s cognoscendas necessariu est cognoscere substantiam qualitatem ⁊ quantitatẽ ppositõis non aũt veritatẽ ⁊ falsitatem. Alia rõ est q̃ ista tria querũt de his que ꝓueniunt ppõni fm se absolute. Alia vo de his q̃ sibi ꝓueniũt respectiue. s. p respectũ ad eius significatũ. ideo ista ꝟ potius enũerant q̃ alia.

Secundo sciendũ ẽ q̃ vt dicit in tertu que quent de substantia ppõnis eo q̃ est ꝓnomen infinitũ significans substantiam infinitã. ⁊ quesitiuũ substanne rei ad quã applicat. ⁊ querit instrumentaliter tantũ. nõ autem pncipaliter p modum pncipalis agẽtis. ⁊ sibi debet respõden. cathegorica vel ypotetica que dicũt substantiã ppõnis. ⁊ sunt mẽbra diuisionis eius date penes substantiam. Sed quãta querit de quãtitate ppositiõis eo q̃ est quesitiua quãtitatis ad quod debet respondẽ vl'is vel pticularis indefinita vl' singularis. eo q̃ illa sunt membra diuisionis ppositionis sumpte penes quantitatem eius ⁊ materiam. Sed qualis querit de qualitate ppositionis eo q̃ est discretiũ ⁊ quesituũ q̃litatis. ⁊ sibi dz rñderi affirmatia vel negatia. q̃ dicũt qualitatem ppõnis.

Tertio sciendũ ẽ q̃ substãtia accipit dupliciter. Uno mõ ꝓprie vt est ens p se. Alio mõ transumptiue ⁊ generaliter p omni illo quod accipit fm se ⁊ per modum substantie. vt cũ dicitur q̃ albedo est substãtia albi. in ppositione autem nõ reperitur substantia ꝓprie dicta. ꝟ intelligitur q̃ in ipa est modus substantie. ⁊ ideo que non querit de substantia absoluta ꝟ de ipa accepta per modz substantie. Similiter in ppositõe nõ reperit quantitas ꝓprie dicta vt est mẽsura substantie. ꝟ ibi reperitur trãsumptiue q̃ntitas vt ẽ mensura acceptionis subiecti ppõnis. ⁊ similit ẽ de q̃litate. vñ affirmatio ⁊ negatio fm silitudinẽ dicunt q̃litates ppõnis.

Quarto sciendũ ẽ q̃ dupliciter potest intelligi affirmatõez ⁊ negatõez ee q̃litates ppõnis. Uno mõ q̃ sint qualitates accidentales. ⁊ accidentia ꝟsequẽtia ppõnẽ affirmatiuã ⁊ negatiuã. ⁊ ꝟ mõ nõ debet intelligi. q̃ non aduenũt ipis post esse completũ. q̃ nõ est ppositio affirmatiua nisi habeat affirmatõez. Alio mõ q̃ sint qualitates essentiales illaz ppositionum. ⁊ isto mõ dicuntur qualitates ppositionis. ⁊ habent modũ accidẽtis respectu ppositionis in cõmuni cuius sunt differentie diuisiue. sicut semp differẽtie

diuisiue alicuius gñis hñt modũ accidentis respectu illius gñis.

Sed ꝺ predicta arguit. Primo sic. Per vtrum bene querimus de substantia ꝓpositionis ⁊ etiam de quantitate. vt dicẽdo vtrũ ista homo currit sit cathegorica vel ypothetica. ⁊ tamen illud quesitiuũ non enumeratur inter ista. igitur ꝫ non sufficienꝫ enumerãtur quesitiua correspondentia tribus diuisionibus ꝓmissis. Secundo sic. Per que querimus de quantitate ꝓpõnis. dicendo. q̃ quãtitas est in hac propositione homo est. ergo que non solum querit de substãtia ꝓpositõis Tertio sic. Omnis q̃titas est ꝯtinua vel discreta. ꝫ propositio non habet quãtitatem ꝯtinuam nec discretam. igitur nõ habet q̃titatem nec quãta querit de q̃titate ei⁹. Quarto sic. Unius quesitiui est tm̃ vnũ respõsiuũ. ꝫ q̃ta est vnum quesitiuum. igitur nõ sibi debent responderi ista quattuor. s. vniuersalis. particularis. indefinita. ⁊ singularis. Quinto sic. Qualis est quesitiuum qualitatis in cõmuni. igitur non est proprie quesitiuum propositionis. ergo male enumeratur inter quesitiua eius.

Ad argumenta ante oppo. Ad ꝑmum dicitur q̃ per illud quesitiuum vtrum bene queritur indirecte de substantia vel quãtitate propositionis. non tamen directe. ꝫ per ipm̃ queritur directe de veritate propositõis in qua potest fieri mentio de substãtia vel q̃titate vt hic. vtrum homo currit sit cathegorica. directe quenꝫ veritas huius ꝓpõnis. homo currit est cathegorica. Ad secundũ ꝺr. q̃ p que quãdoq̃ q̃rit de q̃titate ꝓpõnis accepta per modũ substãtie ꝑm suã essentiã. nõ tm̃ q̃ritur de ipa ꝑm esse q̃titatis. vt est denominatiua ꝓpõnis. ꝫ b̃ solũ fit p quãta. Ad tertiũ ꝺr. q̃ omnis q̃titas ꝓprie dicta est ꝯtinua vl̃ discreta. nõ tm̃ q̃titas accepta trãsumptiue: sic ꝫ accipiꝫ. Ad quartũ ꝺr. q̃ vnius quesitiui ẽ tm̃ vnũ ñsiuũ adeq̃tũ ⁊ ꝓprium. tm̃ ꝑñt esse plura articularia nõ adeq̃te. ⁊ sic ẽ de illo q̃sitiuo q̃ta. ꝓprium eius ñsiuũ est q̃titas ꝓpositionis in cõi. particularia ñsiua eius contẽta sub q̃titate ꝓpõnis sunt vl̃ particulare ⁊ sic ꝺ cæteris. ⁊ ꝺz rñderi tm̃ vnũ ñsiuũ cũ q̃rit de vnica ꝓpõne. ⁊ de diũsis danꝫ diũsa ñsiua. Ad quintũ ꝺr. q̃ q̃lis in cõi ẽ q̃sitiuũ qualitatis in cõi. ꝫ p applicatõez ad ꝓpõnẽ dicit ꝑticipare triꝑliciter accipiꝫ. Uno mõ idem ẽ q̃ participari rõnem suscipe. sicut species participat genus. q̃ suscipit diffimtõez eius. Scõo mõ idem est q̃ ptem rei capere. sic̃ duo frẽs dicunꝫ ꝑris bõa participare. Tertio mõ idem est q̃ ꝯuenire in aliquo. ⁊ illo mõ sumiꝫ in ꝓposito. ⁊ ideo ille ꝓpõnes dicunꝫ participare vtroq̃ termino q̃ ꝯueniũt in vtroq̃ suoꝝ terminoꝝ seu extremoꝝ.

Secũdo sciendũ ẽ. q̃ terminus ẽ dicto materialiꝫ ⁊ p se terminãs ꝓpõnez. ⁊ ꝺr materialiꝫ ad ꝺrias copule vbal⁹ ꝛc. mias

q̃sitiuũ q̃litatis ꝓpõnis ⁊ etiam ꝓprium: eo q̃ nõ q̃rit de alijs accidẽtibus eius. ⁊ sil⁹ ꝺicere tur de alijs q̃sitiuis.

Itẽ ꝓpositionum cathegoricarum q̃dam participãt vtroq̃ termino. vt homo ẽ animal. homo nõ ẽ animal. Alie ꝑticipãt vno tãtũ. vt hõ currit. hõ disputat. Alie vero nullo. vt plato disputat. equus mouetur. Item ꝓpositionũ ꝑticipãtiũ vtroq̃ termino. Alie ꝑticipãt ꝑm eundez ordinem. vt homo currit. homo non currit. Alie vero ordine cõuerso. vt homo ẽ aĩmal. animal est homo

Postq̃ autor determinauit de ꝓpõne ꝑm se ⁊ q̃tum ad ꝓncipia eius. ꝫ ꝙsequenꝫ incꝑit determinare de aliq̃bus passionibus eius. s. de oppositõne. quersione ⁊ equipollentia. ⁊ añ q̃ de ipis determinet duas diuisiones ponit valentes ad cognitõez ipaꝝ. Quaꝝ ꝓma est ꝓpositionũ cathegoricaꝝ quedam ꝑticipant vtroq̃ termino. alie vero vno tm̃. alie vo nullo. Cuius ratio est. quia omnes ꝓpositiones cathegorice vel conueniunt in extremis vel disconueniunt. Si conueniunt hoc est dupliciter. vel conueniunt in vtroq̃ simul. ⁊ sic est ꝓmum membrum. vel in altero tm̃. ⁊ sic ẽ secundum. vel disconueniunt in vtroq̃ sil⁹. sic ẽ tertium

Pro quo ꝓmo sciendũ ẽ. q̃ ꝑticipare triꝑliciter accipiꝫ. Uno mõ idem ẽ q̃ participari rõnem suscipe. sicut species participat genus. q̃ suscipit diffimtõez eius. Scõo mõ idem est q̃ ptem rei capere. sic̃ duo frẽs dicunꝫ ꝑris bõa participare. Tertio mõ idem est q̃ ꝯuenire in aliquo. ⁊ illo mõ sumiꝫ in ꝓposito. ⁊ ideo ille ꝓpõnes dicunꝫ participare vtroq̃ termino q̃ ꝯueniũt in vtroq̃ suoꝝ terminoꝝ seu extremoꝝ.

Secũdo sciendũ ẽ. q̃ terminus ẽ dicto materialiꝫ ⁊ p se terminãs ꝓpõnez. ⁊ ꝺr materialiꝫ ad ꝺrias copule vbal⁹ ꝛc. mias

formaliter. ⁊ dr ꝙ se ad dñiaz dispositionum subiecti ⁊ ꝑdicati. sic̃ sunt sig̃ distributiua ⁊ adiectiua q̃ nõ terminãt ꝙ se ꝓpositõez. ⁊ dr terminus a terminãdo eo ꝙ terminat ꝓpõez sicut extremũ eius.

Tertio sciendũ ẽ. ꝙ cõueniẽtia vel discõueniẽtia vnius ꝓpõnis ad aliã ẽ accidẽs respectiuũ ꝓpõnis ⁊ nõ absolutũ. ⁊ qr ista diuisio attẽdit penes ꝙueniẽtiã ⁊ discõuenientiã ꝓpõnis vni⁹ ad aliã seu cũ alia ex parte suoꝝ terminoꝝ. Sequit ideo ꝙ ista diuisio sumit̃ ꝑm accidẽtia ꝓpõis. q̃re ista diuisio est subiecti in accidẽtia ⁊ nõ gñis in suas spẽs. ⁊ valet ista diuisio ad cognoscẽdũ q̃bus ꝓpositõibus oppositio ꝙũctio ⁊ eq̃pollẽtia ꝙueniunt ⁊ q̃bus nõ. qr solũ ꝙueniũt ꝓpõnib⁹ vtroq̃ termino ꝓncipãtib⁹. vñ iste tres sũt passiones respectiue q̃ solũ ꝙueniũt ꝑdositõi ꝓ cõparatõez ad aliã ꝓpositionem

Quarto sciẽdũ ẽ. ꝙ ꝓpositiões vtroq̃ termino ꝓncipãtes itez diuidunt̃. qr q̃dã ꝓncipãt vtroq̃ termino eodẽ ordie. Alie vo ordine econuerso. vñ ille sunt ꝓncipantes vtroq̃ termio eodẽ ordie q̃ sunt eiusdem subiecti ⁊ eiusdẽ ꝑdicati. vt hõ ẽ albus. hõ nõ est albus. Sz ille sunt ꝓncipãtes ordie econuerso quaꝝ ꝑdicatum vnius ẽ subiectũ alterius ⁊ ecõtra. vt hõ est albus. albus est hõ. Et ꝓ b̃ facilit̃ dareť sufficiẽtia hui⁹ diuisiois ⁊ valet ista diuisio sil'r sicut ꝓcedẽs ad ꝙgscẽdum q̃bus ꝓpõmbus oppositio ⁊ eq̃pollentia ꝙueniant. quia solum conueniunt ꝓncipãtibus vtroq̃ termino eodem ordine. ⁊ q̃bus ꝙueniat ꝙuersio. qr solum ꝙueniũt ꝓncipãtib⁹ vtroq̃ termino ordine ecõũso. ⁊ ꝓ hoc patẽt iste due diuisiões ꝓpositionũ cathegoricaꝝ.

Sed contra ꝑdicta arguit̃. Primo sic. Distincte ꝓpõnes sp hñt distinctos terminos cum distinguantur ꝓ sua subiecta ⁊ ꝑdicata. ergo nulle ꝓpõnes distincte ꝓncipant vtroq̃ termino Secundo sic. Omnes propositiones cathegorice ꝙueniunt in rõe ꝓpositionis cathegorice cum q̃libet ꝓpositio cathegorica sp habeat duos terminos subiectũ ⁊ ꝑdicatũ. igit̃ nulle ꝓncipãt altero termino tm̃ cũ tm̃ excludat oẽ aliud. Tertio sic. In oi ꝓpõne cathegorica repit̃ b̃ vbũ ẽ. ⁊ tm̃ est terminus. qr terminat ⁊ actuat ꝓpositõez. ⁊ est ꝑdicatũ ꝓpõis. ḡ oẽs ꝓpõnes aliquo termino ꝓncipãt. ⁊ sunt aliq̃ nullo termino ꝓncipãtes. Quarto sic. In q̃libet ꝓpõe ẽ vn⁹ ordo. ḡ diuerse ꝓpõnes hñt diuisos ordines. ḡ nulle sunt ꝓncipãtes eodem ordine ꝑ istã diuisionem Quinto sic. Ordo ꝓpõnis ẽ ordinatio suoꝝ terminoꝝ. s. subiecti ⁊ ꝑdicati. ⁊ in oibus est ordinatio eadem. qr subiectum ⁊ ꝑdicatũ sil'r ordinant̃ cũ sp subiectum ꝑcedat ꝑdicatũ. igit̃ nulle sunt ꝓncipãtes ordine econuerso.

Ad argumẽta añ oppo. Ad primum dr ꝙ lz oẽs ꝓpõnes diuerse habeat diuersos terminos ꝑm numerum. qr qđ semel dictum est in vna ꝓpõne amplius resumi nõ potest idem nũero. tamen bene habent eosdẽ terminos ꝑm speciem vocis ⁊ significati sil'. Ad secundum dr ꝙ si tantũ faciat exclusionem respectu conuenientie propositõis in cõmum. sic nulle cathegorice ꝙueniunt tantũ vno terminoꝝ. sed si faciat exclusionem respectu ꝙuenientie terminoꝝ. sic alique ꝓpositiones conueniũt in altero tm̃. ⁊ sic intelligit̃ circa ꝑcedentem diuisionem. Ad tertiu dr ꝙ b̃ verbum est non est terminus. qr licet terminet propositionem formaliter ⁊ in rõne copule. non tamen materialiter inq̃tum hz rõez copule. ⁊ sic aliquando sit ꝑdicatum vt b̃. hõ est. tamen in ratione copule non dr ꝑdicatus materiale. ideo ratione ipius non omnes propositiones participant vno termino. Ad quartum dr ꝙ lz diuerse ꝓpositiones semper habeant diuersum ordinem in numero. nõ tamen in specie Ad quintum dr ꝙ lz subiectum ⁊ predicatum accepta ꝑm illas intentiones similiter ordinentur in propositione. qr semper illud quod habet rationem subiecti ꝓponitur alteri. tamen quantum ad res subiectas intentionibus illis non semper similiter ordinant̃. qr aliq̃n subiectũ vni⁹ ꝓpõnis b̃ fit ꝑdicatũ altenus. ⁊ ecõuerso.

Item ꝓpositionum vtroq̃ termino ꝓncipãtium ꝑm eundẽ ordinem. alie sunt ꝯrie. alie subcõtrarie. alie ꝯdictorie. alie subalterne. Cõtrarie sunt vniuersales affirmatiua ⁊ vlis negatiua eiusdem subiecti ⁊ eiusdẽ ꝑdicati. vt ois hõ currit. nullus hõ currit.

Subcõtrarie sunt ꝑticularis affirmatiua ⁊ ꝑticularis negatiua eiusdem subiecti ⁊ eiusdem predicati. vt quidã homo currit. quidam homo non currit

Postꝙ autor ꝓmisit duas diuisiones valentes ad cognoscendũ ꝓpõnes oppositões ⁊ eq̃pollentias ꝓpositionũ. h̃ ꝓsequent determinat de illꝫ passionibus. ⁊ ꝓmo de oppositionibus. Cuius rõ est. qꝛ oppositio solũ ꝙuenit ꝓpositionibus que participãt ꝟm eundẽ ordinem. ⁊ ꝙuersio ꝙuenit illꝫ que ꝑticipãt ordine conuerso. ideo oppositio ꝓcedit ꝙuersionem. Et qꝛ eq̃pollentia sumit respectu ꝓpositionum oppositarꝫ q̃ sunt equipollẽtes. iõ etiaꝫ oppositio ꝓcedit equipollentiã quare ꝙuenienter determinat ꝓus de oppositionibus ꝙ̃ de aliꝭ.

Ꝓ quo ꝓmo sciẽdum ẽ. q̃ duplex est oppositio. q̃dã est op posito rerꝫ vel terminorꝫ que est repugnãtia aliquorꝫ duorꝫ nõ permittentiũ se simul ⁊ respectu eiusdẽ. ⁊ de ista nõ determinat h̃:ꝫ in postꝑdicamentis. Alia est oppositio ꝓpositionũ vꝫ modorum enunciãdi que est repugnãtia duarꝫ cathegoricarꝫ eiusdẽ subiecti ⁊ eiusdẽ ꝑdicati in qualitate vꝫ q̃ntitate simul vel in altero eorꝫ. ⁊ illo mõ h̃ cõsideratꝫ de oppositõe ⁊ de ꝓpositionibus oppositis. Vñ ad cognoscendũ spẽs oppositionis ꝑdicte h̃ autor ponit diuisionẽz ꝓpositionum oppositarꝫ.

Secũdo sciendũ est. q̃ ꝓpositionum oppositarꝫ alie sunt ꝯrie. alie subꝯrie. alie ꝯdictorie. alie subalterne. Cuius diuisiõis sic habet sufficiẽtia. qꝛ omnes ꝓpositões oppositе habent repugnantiã inter se. vel ergo repugnãt in qualitate ⁊ q̃ntitate simul. Et sic sunt ꝯtradictorie. vel in altero eorꝫ tm̃. ⁊ sic ẽ dupliciter. qꝛ vel repugnãt in q̃ntitate solum. ⁊ sic sunt subalterne. vel in q̃litate. ⁊ h̃ est tripliciter. vel ambe sunt vꝫes. ⁊ sic sunt ꝯrie. vꝫ ambe sunt ꝑticulares. ⁊ sic sunt subꝯrie. vꝫ ambe sunt singꝫares. ⁊ sic itez sunt ꝯdictorie.

Tertio sciendũ ẽ. q̃ ꝯrie sunt vniuersalis affirmatiua ⁊ vꝫis negatiua eiusdẽ subiecti ⁊ eiusdẽ ꝑdicati. vt q̃libet hõ currit. ⁊ nullus hõ currit. ⁊ in ipis requirit ydẽptitas subiecti ⁊ ꝑdicati in tribus vel ꝟm tria. Ꝓmo quia non ꝓponunt ꝯdicta nisi participent in eodem ordine. ⁊ ꝓpõnes ꝯrie sunt eedem ꝟm vocẽ rõe cuius iste non ꝓponit. q̃libet hõmo currit. nullũ rõnale currit. Secõdo q̃ sint eedẽ ꝟm significata rõne cuius iste nõ ꝓponit. omnis canis currit. nllꝰ canis currit. si canis teneat eq̃uoce. qꝛ pñt ambe simul esse vere. Tertio q̃ sint eedem q̃tus ad suppositа ꝑ quibus tenent. ita q̃ eque ãple ⁊ eque stricte in vtraq; teneant. ideo iste non ꝓponit. oĩs hõmo ẽ albus. nullus hõmo fuit albus. qꝛ in ꝓma ꝓponit ꝑ ꝑntibus tantus. ⁊ in scõa ꝑ ꝑntibus ⁊ ꝑtentis simul. ⁊ sic nõ sunt eiusdem subiecti ꝟm rẽ ⁊ vocẽ qõ tñ req̃nt in oĩbus oppositõibus.

Quarto sciendũ ẽ. q̃ subcontrarie sunt ꝑticularis affirmatiua ⁊ particularis negatiua eiusdem subiecti ⁊ eiusdẽ ꝑdicati. vñ ad ipas req̃nt q̃ ambe sint ꝑticulares vel indefinite. rõ est. qꝛ subcõtrarie dicunt q̃si sb̃ ꝯtrariis posite. ꝫ subcõtrariis nõ ponunt ꝓpositiones vꝫes nec singꝫares. qꝛ nõ sunt eiusdem subiecti cũ ipis. ideo subcõtrarie ambe debẽt esse ꝑticulares vꝫ indefinite. ⁊ qꝛ non repugnant in q̃ntitate oportet eas i repugnare in q̃litate. ⁊ sic vna debet esse affirmatiua alia negatiua. ⁊ nõ ponunt aliqua subcõtradictoria sicut subcõtraria. qꝛ vna est ꝑticularis in ꝑdictoriis sb̃ qua nõ potest sumi alia ꝓpositio. qꝛ sub particulari nunq̃ est sumere aliq̃d. ⁊ ꝙ h̃ patet diuisio ꝓpõnũ oppositarꝫ. ⁊ diffinitо ꝯriarꝫ ⁊ subcontrariarꝫ.

Sed ꝯ ꝑdicta arguit. Ꝓ io sic. Iste ꝓpões oĩs hõmo nõ currit. nullus hõ currit participãt ytroq; termino ⁊ eodem ordine. ⁊ tm̃ nõ sunt ꝯrie nec subcõtrarie. ⁊ sic de aliꝭ. ꝫ sunt equipollentes. igit̃ h̃ male diuidunt ꝓpões vtroq; termino participantes eodẽ ordine. Secõdo sic. Dia ꝯria sunt forme actiue ⁊ passiue inter se. ꝫ ꝓpões nunq̃ sunt actiue ⁊ passiue cũ ꝓpões nõ agãt nec paciant inter se. igitur nulle sunt ꝯrie. Tertio arguit sic. Diffinitio ꝯriarꝫ ꝙuenit istis oĩs hõ est albus. nullus hõ est albus. ⁊ istis oĩs hõ currit. nullus hõ currit. ⁊ tm̃ iste nõ sunt ꝯrie. qꝛ in ꝓmo hõ ꝓponit ꝑ viris ⁊ mulieribus. ⁊ in scõa ꝑ vins tm̃. igit̃ ẽ. Quarto arguit sic. ꝓpões que simul se ꝙpaciunt in veritate nõ opponunt. qꝛ nõ habẽt repugnãtiam. ꝫ subcontrarie simul se compaciunt in veritate. ergo nõ opponunt. Quinto sic. Iste sunt subcõtrarie. iste hõ currit. iste hõ ꝫ

currit: quia sunt posite sub cõtrariis que sunt vniuersales. ⁊ tamẽ ille non sunt ꝑticulares nec indefinite. igitur male diffiniuntur subcontrarie.

¶ Ad argumẽta añ oppo. Ad primum dicit ꝙ hic non diuidunt ꝓpositiones participantes vtroq; termino in cõi: ꝫ tm participantes vtroq; termino que sunt oppositе. ideo cũ predicte ꝓpões sunt equipollentes non cõtrariant. ¶ Ad secundũ dicit. ꝙ licet cõtraria incõplexa sint forme actiue ⁊ passiue: non tamẽ cõplexa de quibus hic solum ẽ ad ꝓpositum ¶ Ad tertiũ dicit. ꝙ de vtute ꝑmonis iste nõ contrariãtur. omis hõ currit. nullus homo currit. quia subiectũ in vtraq; non tenetur ꝑ equalibus suppositis: ꝫ vtute vsus sunt contrarie. quia ꝑm vsum restringit ad standum ꝑ viris tm. ⁊ est ibi restrictio ab vsu. Sed de alijs dicitur ꝙ vere cõtrariant. quia albus in ꝑdicato per cõsignificatõem eius restringit hoiem in vtraq; ad standũ ꝑ viris pro quibus solũ distribuit. ¶ Ad ẽrtiũ dicit ꝙ licet subcõtrarie non repugnẽt inveritate: tamẽ bene repugnant in falsitate ⁊ etiã in qualitate. ideo opponũtur. ¶ Ad quintus dicit ꝙ ly singulares sint posite sub vniuersalibus que sunt cõtrarie: non tamẽ ponuntur sub ipis ꝑm idem subiectũ. quia in cõtrarijs terminus cõmunis: vt homo supponit ꝑ omnibus suis suppositis. ⁊ in illis singularibus ꝑ vno solo. ideo non habẽt idem subiectũ cum suis vniuersalibus. quod tm reqritur ad subcontrarias respectu cõtrariarum.

¶ Contradictorie sunt vniuersalis affirmatiua ⁊ ꝑticularis negatiua. vel vniuersalis negatia ⁊ ꝑticularis affirmatiua eiusdẽ subiecti ⁊ eiusdem predicati. vt omis homo currit. q̃dam hõ non currit. nullus homo currit. q̃dã homo currit. Subalterne sũt vniuersalis affirmatiua ⁊ ꝑticularis affirmatiua. vel vniuersal' negatiua ⁊ ꝑticularis negatia. eiusdẽ subiecti ⁊ eiusdẽ predicati. vt omnis hõ currit. q̃daz hõ currit. nullus hõ currit. q̃dã hõ non currit. Et hoc totum patet in figura sequẽti.

¶ Postq̃ auto: determiauit de cõtrarijs ⁊ subcontrarijs ꝓpõnibus. hic cõsequẽter determinat de contradictorijs ⁊ subalternis. Ratio ordinis est. quia contrarie ⁊ subcõtrarie sũt eiusdem quãtitatis. sed cõtradictorie ⁊ subalterne sunt diuerse quãtitatis. ⁊ quia cõtradictorie opponũtur simpliciter ⁊ ꝑm rez: subalterne vero ꝑm modũ tm. ideo prius autor determinat de cõtradictorijs q̃ de subalternis: ipsas sic diffiniens. Contradictorie sunt vniuersalis affirmatiua ⁊ ꝑticularis negatia vel vniuersalis negatiua ⁊ ꝑticularis affirmatiua eiusdem subiecti ⁊ predicati.

¶ Vbi ẽ primo sciendum ꝙ duplices sunt cõtradictorie. Quedã sunt repugnantes in veritate ⁊ falsitate ⁊ q̃litate ⁊ñ i quantitate. ⁊ tales sunt contradictorie ꝑm rẽ ⁊ ex parte significatoꝝ: non autẽ ꝑm rẽ ⁊ modum simul. ⁊ hoc modo due singulares eiusdem subiecti ⁊ predicati ⁊ diuerse qualitatis bene sunt cõtradictorie: Alie sunt contradictorie que repugnant in veritate ⁊ falsitate i quãtitate ⁊ qualitate simul. ⁊ iste sunt cõtradictorie ꝑm rem ⁊ modũ simul ⁊ ꝑfecte contradictorie. ⁊ solum de talibus dat̃ ista diffinitio ⁊ non de alijs. ideo bene dicit ꝙ cõtradictorie sunt eiusdem subiecti ⁊ predicati. et diuerse quantitatis ⁊ qualitatis simul. Und̃ in talibus ẽ perfecta cõtradictio.

¶ Secũdo sciẽdum ẽ ꝙ cõtradictio est affirmatio ⁊ negatio eiusdẽ de eodem. ad idem ꝑm idẽ. similiter: ⁊ in eodẽ tempore. Unde ad ipsam hec quinq; reqruntur requiri. Primo reqritur ꝙ affirmetur idem ð eodem ꝑm rem ⁊ vocẽ. defectu cuius iste nõ cõtradicunt. Tullius currit. marcus nõ currit. Secũdo ꝙ predicatũ in vtraq; enunciet̃ de subiecto compato ad idem. ideo iste non contradicũt. Sortes est pr̃ platonis. Sortes non ẽ pater tullij. Tertio ꝙ predicatũ affirmetur ⁊ negetur de eodem ꝑm eandem ptẽ vel ratõem. ideo iste nõ cõtradicũt: sortes videt ꝑm oculos ⁊ non videt ꝑm aures. Quarto ꝙ subiectum in vtraq; teneat̃ similiter. iõ iste non cõtradicũt. homo est species. nullus homo est species, quia in prima homo tenet̃

p̄ natura simplici ⁊ in secūda p̄ suppositis. Quinto q̄ p̄dicatum enūciet̄ in vtraq̄ p̄ eo dem tp̄e. ideo iste nō p̄tradicūt. sortes currit hodie. sortes non currit cras. ⁊ p̄ istas condi tiones potest cognosci natura p̄tradictoriaꝝ

¶ Tertio sciēdum ē q̄ subalt̄ ne sunt vniuersalis affirmatiua ⁊ p̄ticularis affirmatiua. vniuersalis negatiua ⁊ particu lans negatiua eiusdem subiecti ⁊ p̄dicati. Unde ad ipas req̄ritur q̄ sint diuerse quan titatis. ratio est. quia in subalternis vna pō itur supra aliam sicut totū supra partem. sed due vniuersales non ponūtur supra seinuicē nec due p̄iculares eiusdem subiecti ⁊ p̄dicati. ideo in subalternis req̄ntur vna vniuer salis que ponat̄ supra ⁊ ē subalternās. ⁊ alia p̄iculans que ponatur infra ⁊ est subalt̄na ta. Secūdo req̄ritur q̄ sint eiusdē qualitatis quia negatiua nūq̄ ponit̄ sub affirmatiua de eodem subiecto ⁊ p̄dicato. nec ecōuerso. ideo subalterne sunt vel ambe affirmatiue vel am be negatiue.

¶ Quarto sciendum est q̄ sub alterne nō opponūtur p̄m rem ex parte suoꝝ significatoꝝ: ꝫ p̄m modum tm̄. cuius ratio ē. quia solum ppositōnes ille opponūtur p̄m rē que repugnāt in veritate ⁊ falsitate ex parte suorum significatoꝝ. sed subalterne nō repu gnant in veritate et falsitate. quia possūt esse simul vere vel false. ergo non opponūtur p̄m rem. ideo aristoteles inter oppositōnes non enumerauit oppōem subalternam. quia cepit oppositōnem specialiter p̄ repugnāntia duaꝝ ppositionū p̄m affirmatiōem ⁊ negatōnem. ꝫ Petrus h̄ yspanus q̄ cepit oppositōnez gene raliter p̄ro oīni repugnātia duarū ppositōnū eiusdem subiecti ⁊ p̄dicati in qualitate vl̄ q̄n titate. ideo posuit oppositōnem subalternaz Unde subalterne opponūtur p̄m modū enū ciandi. s. ex parte quāntatis sui subiecti ⁊ pe nes vniuersale ⁊ particulare. Et per hoc ptz q̄d sint subalterne ⁊ cōtradictorie.

¶ Sed contra p̄dicta arguitur Primo sic. Iste contradicūt. sortes ē. sortes nō ē. cū ibi sit affirmatio ⁊ negatio eiusdez de eodē: ⁊ tamen nulla est vniuersalis. ergo con tra diffinitōnem contradictoriarū. ¶ Secun do arguit sic. In contradictorijs subiectū de bet tenere similiter, ꝫ in vniuersali ⁊ p̄ticula ri non tenetur similiter. quia in vna distribuit ⁊ in alia non. igit̄ vniuersalis ⁊ particularis non sunt cōtradictorie. ¶ Tertio arguitur sic. Iste contradicūt. omnis homo ē ens. q̄dam homo ē non ens. ⁊ tamē ambe sunt affirmatiue. ergo in contradictorijs vna non est affir matiua ⁊ alia negatiua. ¶ Quarto arguitur sic. Uniuersalis affirmatiua ⁊ p̄ticularis af firmatiua eiusdez subiecti ⁊ p̄dicati nō op ponūtur inter se quia particularis seq̄tur ad vniuersalem. ergo subalterne nō opponūtur ¶ Quinto sic. Due subcōtrarie sunt subalt̄ ne quia sunt sub alijs posite. ⁊ tamē nō sunt vniuersalis affirmatiua ⁊ particularis affir matiua: nec ecōuerso. igit̄ contra diffinitōem earundem.

¶ Ad argumēta añoppo. Ad p̄ mum dicitur. q̄ licet iste sint contradictorie p̄m rem: tamē non p̄m rem ⁊ modum simul. q̄a non repugnāt in quantitate ⁊ qualitate: ꝫ so lum in qualitate. Et de cōtradictorijs p̄m rē ⁊ modum simul dat̄ ista diffinitio. ¶ Ad se cundū dicitur q̄ in vniuersali ⁊ particlari sub iectum non tenet̄ similiter q̄tum ad distribu tionem: tamē tenetur similiter q̄tum ad illa p q̄bus sumit̄. quia in vtraq̄ tenet̄ p̄ro oīnib⁹ suis suppositis. vel p̄ro h̄ijs ad que restringi tur ¶ Ad tertū dicit̄ q̄ ille bene cōtradicūt virtualiter ⁊ non formaliter. ⁊ eo modo quo contradicūt vna est negatiua virtualiter. sez ista. homo ē non ens. que includit ista. homo non est ens. ¶ Ad quartū dicitur q̄ particulans continet̄ ⁊ sequitur ad vniuersalez ra tione sui significati ⁊ non ratōne quantitatis p̄m quam opponūtur ⁊ habent repugnātiaz. ¶ Ad q̄rtum dicit̄ q̄ ꝫ subcōtrarie sunt sub alterne respectu suarū subcōtrariarum. non tamē sunt inter se subalterne. quia vna nō po nitur sub alia. Et h̄ec diffinitio intelligitur ō h̄ijs que adinuicem sunt subalterne seu sub alternantur. Et oia patent in figura sequēti.

Argumēta ppter dubie, facies fidem



Propositionū triplex ē materia. s. naturalis. ꝓtingēs ⁊ remota. Naturalis ē illa i qua ꝑdicatum ē de eēntia subiecti vl' ꝓpriuz eius. vt hō ē animal. hō ē risibilis.

¶ Postq̄ autor determinauit de oppositōibus ꝓpositionū. hic ꝑntr vult determinare de legibus oppositionū. Et quia ille leges vl' regule variant̄ ꝑm variatōem materie ꝓpositōnū ideo anteq̄ de ipis determinet: ꝑus agit de materia ꝓpositionū. Et lz ꝓpō nō ḣeat materiam ꝓprie dictā. quia nullū accidēs vl' ens rōnis ḣz materiā ꝓprie dictā. ꝓpō autez ꝑm suū materiale qđ ē vox: ē accidēs. ⁊ q̄tuz ad formale qđ est esse signū cōpositōis ē ens rationis. ideo nō ḣabet materiam ꝓprie dictā ꝫ similitudinarie tm̄.

¶ Pro quo sciēdum est primo q̄ ꝓpositio ḣabet materiā ex qua similitudinarie. ⁊ materiam in qua ⁊ circa quā. Ex materia ex qua sunt subiectum ⁊ ꝑdicatuz. ⁊ subiectum vocis ē materia in qua. vel ipa vox si ꝓpō consideretur q̄tum ad suū formale: sed enūciabile de quo est ipa ꝓpō est sua materia circa quā. hic autē capitur materia ꝓpositionis solū pro cōditōne materie siue ex q̄. id est ꝑ ḣabitudine ꝑdicati ad subiectuz. ō materia ꝓpōnis vt hic sumitur ē ḣabitudo predicati ad subiectum in qua fit cōpositio ꝑdicati cum subiecto. ⁊ in qua subiectum ⁊ ꝑdicatum cōueniunt.

¶ Secūdo sciēdum ē q̄ triplex est materia ꝓpositionū. s. naturalis. cōtingēs ⁊ remota. quod probatur ꝑ sufficientiam. q̄a materia ꝓpōis ē ḣabitudo predicati ad subiectum. vel ergo illa ḣabitudo dicit repugnātiam predicati cū subiecto: ⁊ sic ē materia remota. Vel dicit cōuenientiā: ⁊ ḣoc duplicat̄. vel dicit cōuenientiā necessariam: ⁊ sic ē naturalis. vel contingentē ⁊ accidentalē: ⁊ hic est cōtingēs. Et q̄a cōuenientia necessaria ꝑfectior est q̄ cōtingēs. ⁊ cōtingēs q̄ remota. ideo materia naturalis ꝑfectior ē aliis. deinde cōtingens. ⁊ remota est imperfectior.

¶ Tertio sciēdum ē q̄ materia naturalis ē in qua predicatū ē de subiecti essentia vel ꝓprioꝝ eiꝰ: vt hō ē aial. vel ḣomo est nſibilis. Et dicit̄ talis materia naturalis. quia predicatum naturaliter cōuenit subiecto ⁊ ḣabēt naturalē ḣabitudinē ad ipm. sed id quod ḣabet naturalem ḣabitudinem ad subiectum ē de natura ⁊ essentia subiecti. vel necessario cōsequēs naturā subiecti: sicut ꝓprium cōsequit̄ spēm. lz enim ꝓprium non sit de natura sui subiecti: tamē immediate cōsequitur illā naturā. ideo naturaliter inest suo subiecto.

¶ Quarto sciēdum ē q̄ eēntia dicit̄ illud quo formaliter res ḣabet eē: sicut ḣumanitas ē illud quo ḣomo ḣabet esse et similiter aia ratōnalis. Esse autē ꝑm Boetiū est existētia forme in materia vel actus i potentia. quid autē sit ꝓprium videbit̄ in predicabilibꝰ. ⁊ ꝑ ḣoc pz intellectꝰ ḣuiꝰ diuisiōis

¶ Sed contra ꝑdicta arguitur primo sic. Habitudo predicati ad subiectuz est forma in qua extrema cōuenīt. ergo illa non est materia propositōnis. ¶ Secundo arguitur sic. Ista propositio. sortes ē ens. ē i materia naturali: cū ens sit de rōne substantie ⁊ oīm suoꝝ ifenoꝝ. ⁊ etiā i mathia ponḡ ti. q̄a ꝑdicatū ꝑt adesse ⁊ abesse subiecto. cū sortes possit eē ⁊ nō esse. ꝫ mathia naturalis ⁊

cōtingēs coincidūt.igit mēbra diuisiōis ma
tene ppōnis nō opponūtur. Tertio sic.b̄
est in materia naturali.animal est hō.ꝛ simi
liter ista.homo ē homo.cum iste sint necessa
rie.ꝛ tamē predicatum non ē de essentia sub
iecti:cum infernus non sit de eēntia ipi⁹ supio
ris.nec idē de essentia suiipsius.nec etiam ē
ppium eius.igit ptra diffinitōnem matie na
turalis. Quarto sic.ista ignis ē calidus.
est in materia naturali cū sit necessaria.ꝛ ta
men predicatū non ē de essentia subiecti:cū
predicatū possit abesse subiecto:cum sit acci
dens eius.nec ppium.q̄a cōtingit alijs.ꝛ si
militer argueretur de ista.aqua ē frigida.
Quinto sic.In ista.homo ē aialitas.pre
dicatum ē de essentia subiecti.ꝛ tamē illa nō
est in materia naturali:ꝫ in remota:cū sit im
possibilis.quia predicatū non pōt vere dici
de subiecto,ergo illa diffintio ꝙuenit alijs a
diffinito:

Ad argumēta ante oppositā

Ad primū di cit̄ ꝙ lz illa habitudo sit forma
respectu subiecti ꝛ predicati:tamē habz mo
dum materie respectu 'compositōis actualis
ppositionis.ideo bene dicitur' materia ppo
sitionis. Ad secundū dicitur.ꝙ si capiatur
ens nominaliter vt idem ē qđ habēs essentiā
sic ē de essentia substātie ꝛ etiam ceteroꝝ en
tium'ꝛ hoc modo ista.sortes ē ens. ē in ma
teria naturali. Sed si capiat̄ pticipaliter vt tā
tum valet sicut existens sic cōuenit substātie
contingēter ꝛ similiter sorti:ꝛ sic ē in materia
contingēti.ꝛ sic non ē idem predicatū illius
ppositionis.nec eadem ppō dum ē in matia
naturali ꝛ contingēti. Ad tertiū dicitur.ꝙ
lz homo nō sit de essentia aialis in cōi:est tn
de essentia aliquoꝝ suppositoꝝ animalis.s.
illoꝝ que continētur sub hoīe.ꝛ in ista . aial
est homo.aial supponit p suis suppositis.et
homo pro natura simplici. Et sic verificatur
locutio p suppositis aialis que sunt sub ho
mine.ideo predicatuz est de essentia subiecti
ꝙtum ad suppositā pro quibus verificat̄ de
ipso.ꝛ in ista.homo ē homo .homo in subie
cto'supponit p suppositis.ꝛ in predicato pro
natura simplici. ideo predicatū ē de essentia
subiecti. Ad quartum dr ꝙ lz esse caliduz
non sit ppium ignis'quarto mō: ē tamen p
prū ei⁹ secūdo mō.ꝛ hoc sufficit ad hoc ꝙ sit
i materia naturali,qr propriū secūdo mō et
quarto mō necessario ꝙuenit̄ ꝛ sp. iō faciūt
propōnem i materia naturali. Et de ista. aq̄
ē frigida dr ꝙ si esse frigidū dicat aptitudiez
ē in materia naturali ꝛ ē propium aq̄ secūdo
mō.ꝫ si dicat actū ē in materia contingenti ꝛ
pōt adesse ꝛ abesse ipi aq̄. Ad q̄ntum dr
ꝙ lz aialitas ꝑm rem sit de essentia hois: nō
tn ꝑm modū quo p̄dicat̄ in illa propōne.q̄a
ibi p̄dicat̄ i abstracto prout sumitur cū p̄dica
tione suoꝝ inferioꝝ.iō sub tali mō non cōuenit
subiecto.ꝫ illa est in materia remota,iō.

**Cōtingēs ē illa in qua predi
catum pōt adesse vel abesse sub
iecto p̄ter subiecti corruptionē.
vt hō ē albus.hō non ē albus.**

**Remota ē illa in qua predica
tum nō pōt cōuenire subiecto.
vt homo ē asinus.**

Postq̄ auctor determinauit de materia natu
rali.hic p̄mr determiat de materia cōtingēti
ꝛ remota. Et primo de materia ptingenti q̄ sic
diffinit. Materia ptingēs ē illa in qua predi
catum pōt adesse ꝛ abesse subiecto.vt homo
currit. In hac diffinitōe ponit̄ adesse ad dif
ferētiā materie remote,in q̄ p̄dicatū non pōt
ꝙuenire subiecto.ꝛ ponit̄ abesse ad dr̄iaz ma
terie naturalis in qua p̄dicatū non pt abesse
subiecto.

**Pro quo sciēdum primo. q̄
materia dr cōtingēs eo ꝙ predicatū contin
gēter ꝙuenit subiecto.illud autē qđ contingē
ter ꝙuenit alicui pōt sibi adesse:cū nō habe
at repugnātiā.ꝛ etiā pōt tali subiecto abesse
q̄a nō ꝙuenit necessario.iō qđ ptingenter ines
se pōt nō inesse.iō bn̄ diffinit materia contin
gēs in q̄ p̄dicatū pōt adesse ꝛ abesse subiec
to.non ē tn intelligēdū ꝙ possit adesse ꝛ ab
esse simul ꝑm actū.qr b̄ iplicat c̄dictōnem:ꝫ
ꝑm aptitudinē ꝛ successiue ꝙtū ad actū.**

**Secundo sciēdum ē ꝙ cōtin
gēs a quo venit ptingēter dupl'r accipit̄.vno
mō pro oi eo qđ pōt eē ꝛ cōuenit̄ cū possibili
ꝛ dr tā de necessario ꝙ de nō necio. Alio mō
spāliter pro cōtingēti nō necessario quod pt
esse ꝛ nō esse.Et diuidit̄ p cōtingens natū ad
vtrūlibet ꝛ cōtingēs raro, Contingēs natū**

est qđ ē magis determinatū ad eē ꝙ ad non eē. vt frigus ī hyeme. Et ptingens raro ē qđ ē magis determinatū ad nō eē ꝙ ad esse. sic bos natus cū duob⁹ capitib⁹. Cōtingēs ad vtrūlibet ē qđ nō magis determinatū est ad esse ꝙ ad nō esse. sicut virū iudicare. ⁊ a contingenti ꝺ mō acceptoveit cōtingēs qđ denominat materiā ptingētem. ⁊ non a ptingēti ī cōi accepto. q⁹ tale contingēs non semp pōt esse ⁊ nō esse: cū dicatur de necessario quod nō ē contingens.

¶ Tertio sciendū ē. q⁹ materia remota ē illa in qua predicatū nō pōt cōuenire subiecto. vt hō est asinus: ⁊ rō est. q⁹ ī materia remota p̄dicatum hz repugnantiā ⁊ distātiam cū subiecto. ⁊ a tali repugnātia vl' remotione p̄dicati a subiecto dicit materia remota. illud autē qđ habet repugnātiam cū aliquo nō pōt sibi cōuenire. sicut asinus p repugnantiā q̄m hz cū hoīe p irrōnale nō pt sibi cōuenire. iō bn̄ dicit materia remota in q̄ p̄dicatum nō pōt cōuenire cū subiecto ppter remotionē eius a subiecto.

¶ Quarto sciendū ē q⁹ tripliciter pōt fieri remoto p̄dicati a subiecto. vno mō p negatōem negādo ipm a subiecto. alio mō remouēdo ipm de ppōne ⁊ a subiecto ꝺm vocem. ⁊ de istis remotōibus nō est hic ad ppositū. Alio mō q⁹ remoueat p̄dicatū ꝺm suum significatū a subiecto ppter repugnātiā quā habēt adinuicē. ⁊ a tali remotōne p repugnantiam predicati a subiecto ꝺr materia remota. Ex quo pz q⁹ ppōes affirmatiue ī materia remota sunt falsē ⁊ negatiue vere. sicut ī materia naturali affirmatiue sunt vere: ⁊ negatiue falsē. In ptingēti vo affirmatiue ⁊ negatiue pōt esse vere ⁊ falsē. ⁊ per hoc patēt diffinitiones istarū materiarum.

¶ Sed contra p̄dicta arguitur primo sic. Ista ē in materia contingēti. hō ē quātus. ⁊ tamē quātū non pōt abesse subiecto. igit. Maior pz. q⁹ illa ppō nō ē in materia remota nec in materia naturali: cum p̄dicatū non sit de essentia subiecti vel propium eius. g̃ est in materia contingēti. ¶ Secūdo sic. hec est ī materia cōtingēti. corvus est niger. ⁊ tamē p̄dicatum non potest abesse subiecto: cum sit accidēs eius inseparabile. g̃ contra diffinitōē. ¶ Tertio sic. in ista. hō viuit p̄dicatum adesse pt ⁊ abesse subiecto: ⁊ tm̄ n̄ est in materia contingēti: cum vita sit de esse homis ⁊ eadē cum aīa eius. ⁊ similiē de ista Homo ē. ergo illa diffinitio conuenit alijs a diffinito. ¶ Quarto arguit sic. hec ē in materia remota. sortes ē albedo vel qualitas. et tamē predicatū potest cōuenire subiecto. ergo male diffinit materia remota. ¶ Quinto sic. ista ē in materia remota. homo nō ē asin⁹. cum affirmatiua ⁊ negatiua sint in eadē materia. ⁊ tamē p̄dicatum pōt cōuenire subiecto. q⁹ vere enūciatur de ipo. ergo diffinitio ē mala.

¶ Ad argumenta ante oppositā. Ad primū dicit q⁹ ista. homo ē quātus. est ī materia naturali. Et lz quātum nō sit ppium hoī quarto mō: est tamē sibi ppium secundo modo. ⁊ quarto mō ppium respectu corpis de genere substātie quod ē supius ad hoīem ideo illa ē in materia naturali. sicut ⁊ ista. hō ē risibilis. ¶ Ad secundū dicit q⁹ lz nigrū nō possit faciliter abesse corvo remanētibus suis pncipijs cōplexionalibus: tamē pōt sibi abesse p mutatōnem sue cōplexionis. vnde nō dicitur accidens inseparabile q⁹ nullo mō possit separari: ꝺ quia cum difficultate. ¶ Ad tertium dicit q⁹ si viuit dicat actum viuēdi et eē actuale viuēns sic potest abesse hoī. ⁊ illa ē in materia contingēti. ꝺ si dicat aptitudinem sibi cōuenit naturaliter ⁊ non pōt sibi abesse. ⁊ illa est in materia naturali. ⁊ similiter ista. homo ē. quia est potest dicere actū q̄ contingenter aduenit cuilibet rei create. ⁊ sic ē ī materia contingēti. vel esse possibile ⁊ ī suis causis quod semp cōuenit rei. ⁊ sic est in materia naturali. ¶ Ad quartū ꝺr q⁹ albedo ꝺm rem potest inesse sorti: non tm̄ ꝺm denominatōem vt designat in abstracto. q⁹ designatur cuz p̄cisione subiecti. ⁊ sic non pōt verificari ꝺ subiecto: cum secū habeat repugnātiam sub tali mō significandi. ¶ Ad q̄ntum dicitur q⁹ lz istud p̄dicatum vere enūciet negatiue ꝺ subiecto: non ppter hoc habet cōuenientiā cum eo sed magis repugnantiam. quia dicit de alio negatiue non sumitur ab esse: ꝺ potius a non esse.

¶ Lex siue natura cōtrariarum talis ē q⁹ si vna ē vera reliqua ē falsa: ⁊ nō ecōuerso. ⁊ pōt enim ambe simul eē false ī ptingēti ma

teria. vt ois homo ē albus. nullus hō ē alb⁹. In naturali vero materia ꝛ remota ſp vna ē vera ꝛ relíqua falſa. vt ois homo eſt aīal. nullus hō eſt aīal. ois hō ē aſinus. nullus hō ē aſinus.

¶ Poſtq̄ autor determinauit de materia ꝓpoſitionū cuius cognitio valet ad cognoſcēdū leges oppoſitionū. Hic ꝓſequit̄ determinādo de illis legib⁹ ꝓpoſitionū oppoſitarū: Et q; ꝓpoſitōes cōtrarie p̄cedūt oēs alias oppoſitōnes ſm ordinē ſupius poſitus eo q̄ contrarie ſunt ambe vniuerſales ꝛ habent p̄fectiorē quātitatem alijs ꝓpōib⁹ oppoſit]. ō b autor determinat ꝺ legē ꝺnarū p⁹q̄ ꝺ alijs

¶ Circa quo ſciendum eſt ꝑmo q̄ cōtrarie nūq̄ p̄nt eſſe ſimul vere in quacūq̄ materia. Cui⁹ duplex ē rō. Prima ē. quia ꝓtrarijs vna ē vlis affirmatiua denotās p̄dicatū cōuenire ſubiecto ꝓ oīi ſuppoſito ei⁹: ꝛ alia eſt vniuerſalis negatiua denotās p̄dicatum remoueri a quolibet ſuppoſito ſubiecti: ſ; q; impoſſibile ē idem p̄dicatum ſimul cōuenire cuilibet ſuppoſito ſubiecti ꝛ a quolibz remoueri. quia hoc implicat ꝺictiōem. ideo due ꝺne nō p̄nt ſimul eē vere. Secūda rō eſt q̄a ſi due ꝺne q̄ ambe ſunt vl'es ſint ſil vere: ꝛ ad veritatē vl'is ſequat̄ veritas ꝑticularis ꝓ legē ſubalternarū: que ſub cōtrarie q̄ ambe ſunt ꝑticulares eēnt ſimul vere cū ipis. ꝛ per ꝺnas ꝓpōnes ꝺictorie eſſent ſimul vere q̄ ē impoſſibile. ꝯ ꝺne nō p̄nt ſimul eē vere.

¶ Secūdo ſciēdum ē q̄ due cōtrarie hñ p̄nt eē ſimul falſe in contingēti materia: duz tm accidēs ē ſepabile. cuius rō eſt. q̄a in materia contingēti p̄dicatū pōt cōuenire ſubiecto p aliq̄bus ſuppoſitis: ꝛ ꝑ aliquibus non. ſicut albū cōuenit hoi ꝑ aliq⁹ ſuis ſuppoſitis: ꝛ ꝑ q̄buſdā non. ꝯ ꝑ illa ꝑte qua non cōuenit ſubiecto: vlis affirmatiua falſificatur. ꝛ ea ꝑte qua ꝓuenit: vlis negatiua redditur falſa. igit̄ in tali materia contingēti cōtrarie poſſunt ſimul eſſe falſe. Et ꝺr notanter ꝺum accidēs ē ſepabile: q; ſi eēt inſepabile: affirmatiua ſp eēt vera ꝛ negatiua falſa. Et ſic nō poſſent ſimul eē falſe.

¶ Tertio ſciendum ē q̄ due cōtrarie in materia naturali ꝛ remota nūq̄ p̄nt ſimul eſſe falſe. cuius rō eſt. q; in cōtrarijs in materia naturali ſēp vnīſalis affirmatiua ē vera: cum p̄dicatum ſubiecto cōueniat ꝑ q̄ libet ſuppoſito. ꝛ vniuerſalis negatiua falſa Et ecōuerſo ē in matia remota vniuerſal' affirmatiua ē falſa ꝛ negatiua vera. ꝛ ſic ibi due ꝓtrarie nūq̄ poſſunt ſimul eſſe falſe. Ex q̄b⁹ patet q̄ tres ſunt ꝑtes in lege contrariarum: Prima ē q̄ cōtrarie nunq̄ p̄nt eē ſimul vere: ꝯ repugnāt in veritate. Secūda ē q̄ in materia cōtingēti poſſunt ſimul eē falſe. ꝛ ſic nō repugnāt in falſitate. Tertia ē q̄ in materia naturali ꝛ remota nō p̄nt ſimul eē falſe.

¶ Quarto ſciēdum ē q̄ repugnātia in veritate cōuenit cōtrarijs ratōne forme ſue oppoſitōnis. q̄a in quacūq̄ materia ſint ꝓuenit ipīs ſemp. nō ꝑtinet formaliter ad legem ipārum. ꝯ repugnātia in falſitate quādoq̄ cōuenit ipīs. vt in materia naturali ꝛ remota. ꝛ q̄nq̄ non vt in contingēti. ꝛ ſic repugnantia in falſitate non cōuenit ipīs ratione forme ſue oppoſitionis: ꝯ rōne materie. ideo non ꝑtinet formaliter ad legem ipārum: ꝯ ſolum p̄mū mēbrū. ſcz repugnantia in veritate

¶ Sed contra p̄dicta arguitur Primo ſic. Oīs lex ē conſtitutio q̄dam p̄cipiens bonū vel ꝓhibens malū. ꝯ in cōtrarijs non ē talis conſtitutio. igit̄ nulle ſunt leges ꝺnarū. ¶ Secūdo ſic. Iſte. oīs hō currit. ꝛ nullus homo currit. poſſunt ſimul eē vere. q̄a ambe ſimul habēt potētiā ad hoc q̄ ſint vere: cum nūc q̄libet ſit in potētia ad veritatem. igit̄ ꝓtrarie p̄nt ſimul eē vere. ¶ Tertio ſic. iſte contranātur. ois homo eſt totuz in quantitate. ꝛ nullus homo ē totum in quātitate. ꝛ tamē ſunt ſimul vere. ꝯ ꝺne p̄nt ſimul eſſe vere. ¶ Quarto ſic. in cōtrarijs includit̄ ſubcontrarie. igit̄ ſi contrarie ſunt ſil' falſe: ſeq̄tur q̄ ꝛ ſubcontrarie. q̄ ē impoſſibile. igit̄ contrarie non poſſunt ſimul eē falſe i cōtingēti materia. ¶ Quinto ſic. iſte ꝺnātur in materia naturali vel remota. oē aīal ē hō. nullū aīal ē hō. ꝛ tm ſunt ſimul falſe. igit̄ cōtrarie in materia naturali p̄nt ſimul eē falſe.

¶ Ad argumēta aīa oppo. Ad primum ꝺr q̄ lex vno modo capit̄ ꝓprie vt eſt regula operationū humanarū docēs modum bñ viuēdi ſicut ē lex nature vel diuina vl' humana

na.τ hoc modo ē ꝑcipiens bonū vel ꝓhibēs malū.τ sic non capit̄ in ꝓposito. Alio modo capit̄ similitudinarie vt ē regula de mō repugnantie ꝓpōnum oppositarū.τ solū hoc mō capit̄ hic τ cōuenit cōtrarijs. ¶ Ad secundū dicit̄ ꝙ hec ē dupler: contrarie p̄nt simul eē vere. quia hec determinatio simul pōt referri ad posſunt.τ sensus ist⁹ est. simul hm̄ potentiam vt sint vere.τ hoc modo est vera. Alio modo potest referri ad esse vere.τ sic ē falsa. τ sensus istius ē ꝙ contrarie posſunt simul eē vere.τ sic ponit̄ simul in p̄nti loco. ¶ Ad tertium dr ꝙ si in illis homo distribuatur sic sūt cōtraria.τ tunc ista ē falsa. ois homo ē totus in quātitate. ℔ si homo teneat̄ ibi simpliciter ꝑ seipō distributo: sic nō sunt ꝓprie. qr ābe sūt singulares.τ ita debet teneri homo de vi sermonis rōne illius attributi: totū in quantitate. ¶ Ad quartū dr ꝙ ad falsitatem vniuersalis non seqtur falsitas ꝑticularis. ideo nō oportz ꝙ si due ſbcōtrarie includāt in duab⁹ cōtrarijs simul falsis ꝙ ꝓpter hoc sint false. ¶ Ad q̄ntum dr ꝙ lz ille sint in materia remota vel naturali: tamē ibi ē p̄dicatio indirecta.τ hoc quod dictū est ꝑ⁹ ꝙ cōtrarie in illis materijs non p̄nt simul eē vere: dz intelligi in p̄dicatōne directa τ ordinata. vñ lz illa Oīs hō est animal. sit in materia naturali. tñ ista. oīe aīal est homo. ponit̄ i materia remota. quia animal ibi stat̄ non solum pro hominibus: ℔ etiam ꝑ alijs aīalibus q̄b⁹ homo non potest cōuenire.

¶ Lex siue natura subcōtrariarū tal' ē ꝙ si vna ē falsa reliqua est vera τ non ecōtra. p̄nt enim ambe simul eē vere in ꝙtingēti materia. vt q̄dam hō est albus. q̄dā homo nō est albus. Vñ lex subcōtrariarū ꝙtrario modo se habet legi ꝙtrariarū. Lex siue natura ꝙtradictoriarū talis est. ꝙ si vna est vera reliq̄ ē falsa: τ nō ecōuerso. In nulla enī materia posſūt esse simul vere aut false. vt ois homo est animal q̄dam hō non est animal.

¶ Postq̄ autor determinauit de lege cōtrariaꝝ dic p̄nr determinat de lege subcontrariaꝝ i q̄ sunt plures ꝓtes sicut in lege ꝓcedentiꝝ. Prima ē ꝙ due subcōtrarie in nulla materia p̄nt simul esse false. cuius rō est. q̄a si due subcontrarie p̄nt simul eē false: due ꝓdictorie erūt simul false. vt si iste subcontrarie. q̄dā hō currit. q̄daꝝ hō non currit. sint false: cū ad falsitatē ꝑticularis seqtur falsitas vtrius. vt ad falsitatē ist⁹ aliq̄s hō currit. seq̄tur falsitas istius. ois hō currit. ergo due ꝓdictorie erūt simul false. q̄d ē inconueniens. ideo si in subcōtrarijs aliqua sit falsa: reliq̄ erit vera τ non econuerso.

¶ Pro quo sciendum primo ꝙ secūda ꝑs legis subcontrariaꝝ tal' ē ꝙ due subcontrarie in materia ꝙtingēti p̄nt sil' esse vere. ratio ē. nā in materia ꝙtingēti p̄dicatuꝝ pōt ineſſe subiecto ꝑ aliquo supposito τ ꝓ aliquo non ineſſe. ℔ ꝑ illo supposito cui cōuenit verificatur ꝑticularis affirmatiua. q̄a ad veritatē eius sufficit p̄dicatū ei⁹ ineſſe subiecto ꝑ vnico supposito. τ ꝓ supposito cui n̄ ineſt verificat ꝑticularis affirmatiua. q̄a ad veritatez eius sufficit predicatū remoueri ab vnico supposito subiecti. ideo in materia contingenti due subcontrarie posſunt simul esse vere. vt iste. q̄dā hō ē cec⁹. q̄daꝝ hō nō ē cec⁹

¶ Secundo sciendū ē ꝙ in materia naturali et remota subcontrarie nunq̄ posſunt simul esse vere. ratio est. quia in materia naturali p̄dicatum conuenit oīi supposito subiecti. ideo negatiua semper est falsa. τ affirmatiua semper est vera. Sed in remota p̄dicatum remouetur a quolibet supposito subiecti. ideo semper affirmatiua est falsa τ negatiua vera. Ex quo patet ꝙ tres sunt ꝓtes in lege subcontrariarū. Prima ē ꝙ posſunt simul esse false. Secunda est ꝙ posſunt esse simul vere in materia contingēti. Tertia est ꝙ in materia naturali τ remota nūq̄ posſunt esse vere nec false. τ sic semper repugnt in falsitate. τ hoc conuenit eis rationē formē siue oppositionis. Ideo pertinet formaliter ad legem ipaꝝ. Quādoq̄ repugnāt in veritate τ quādoq̄ non. ideo conuenit ipis ratione materie. Nec pertinet formaliter ad legem ipārum. Unde patet ꝙ lex subcontrariarum econtrario se habet ad legē ꝙtrariarū.

Tertio sciẽdum ẽ ꝙ due contradictorie in nulla materia pñt simul eẽ vere. cuius rõ est. qa in ꝺdictonjs denotat idez inesse ⁊ nõ inesse eidẽ. quia idem affirmatur ⁊ negat de eodem, ꝫ impossibile ẽ idẽ inesse et nõ inesse eidẽ. hoc em̃ est pmũ pncipiũ omnium cõplexoꝝ. ideo contradictorie nunq̃ possunt simul esse vere, ꝫ si vna est vera: alia est falsa.

Quarto sciendum est ꝙ contradictorie in nulla materia possunt simul esse falsę. rõ ẽ. quia si possent sic esse falsę: cũ vnum contradictoriorũ sit ens: et aliud non ens: sequeretur ꝙ inter ens ⁊ non ens eẽt dare mediũ: ꝫ hoc impossibile. qz ens cõtinet oia entia. ⁊ oñe aliud ab ente ꝺz non ens. ió ꝺdictorie non pñt simul esse falsę. ⁊ sic habẽt repugnãtiam in veritate ⁊ falsitate simul. et vtrũq̃ pertinet formaliter ad legẽ ipsarum. et hoc est quod ꝺz ꝙ contradictorie magis opponũtur q̃ cõtrarie ⁊ subcõtrarie. qa contrarie in veritate opponũtur. subcõtrarie in falsitate solũ. subalterne in quãtitate solum.

Sed contra pdicta arguitur

Primo sic. due contrarie possunt simul eẽ falsę. ꝫ falsitas vniuersalis ꝓuenit ex falsitate alicuius pticularis eius. igit ad falsitatẽ cõtrariarum oportet ꝙ subcõtrarie sint simł falsę. Secũdo sic. idem nõ potest inesse ⁊ nõ inesse eidem. nec vere affirmari ⁊ negari de eodem. ꝫ in subcontrarijs semp idẽ affirmatur ⁊ negat de eodem. igit in materia contingenti non pñt simul esse vere. Tertio sic. Iste sunt vere simul. quoddã ens ẽ bonum. quoddã ens nõ est bonũ. ⁊ tamẽ sunt in materia naturali: quia bonũ ẽ ꝓprietas entis. q̃ in materia naturali subcõtrarie pñt simul esse vere: qꝺ est cõtra legẽ earum. Quarto sic In morte sortis sortes habet simul esse ⁊ nõ esse. igitur duo cõtradictoria qñq̃ sunt simł vera. añcedẽs pz. quia si eẽ ⁊ nõ eẽ sibi nõ simul cõueniret in eodem instãti: sibi cõueniret in diuersis instãtib⁹ ⁊ ibi eẽt tps intermediũ in quo sortes nec haberet esse nec non esse. ⁊ sic due cõtradictorie eẽnt simul falsę. ⁊ cum hoc sit impossibile oportet dare pmũ quod simł hz eẽ ⁊ non eẽ. Quinto sic. vnũ ꝺdictoriorũ est falsũ igit alterũ est falsum. ⁊ sic possunt simul eẽ falsa. ꝓña tenet. quia vel alterũ est falsum vel non alterũ. Si nõ alterũ cũ nõ alterũ ⁊ neutrũ eq̃polleãt: seq̃t ꝙ neutrum erit falsum ꝫ ambo erũt vera.

Ad argumẽta ante oppositꝫ

Ad pmũ dicit ꝙ ad falsitatẽ vniuersał nõ sequitur falsitas pticularis eius: ꝫ tm̃ mõ vnius suarũ singulariũ. ⁊ lz veritas vnius singularis sufficiat ad veritatẽ pticularis: tm̃ falsitas singularis non sufficit ad falsitatem pticularis. quia plꝰ req̃rit ad veritatẽ singularis q̃ pticularis. ſ. pdicatum inesse ⁊ nõ inesse, p vno supposito determinato: qꝺ non req̃ritur ad particularem. Ad secũdũ ꝺz. ꝙ lz idem nũero inesse ⁊ nõ inesse possit eidẽ numero: tamẽ pt inesse ⁊ nõ inesse eidem in spẽ ꝓ diuꝫis suppositis. ⁊ sic ꝓ diuersis suppositis verificatur subcontrarie. Ad tertiũ dicit ꝙ si capiat bonũ vt est passio entis ⁊ ꝓuertit cũ ente: illa sunt in materia naturali ⁊ negatiua ẽ falsa Sed si capiat vt dicit bonitatem moris: illo mõ est accidẽs respectu entis. ⁊ illa sũt in materia contingẽti. Ad q̃rtũ ꝺz ꝙ in morte sortis ipe hz eẽ ⁊ nõ eẽ in eodẽ instãti capto materialiter: diuꝫso tm̃ formaliter. qz vt ẽ finis ptenti: hz in eo esse. ⁊ vt ẽ pncipiũ futuri: hz in eo nõ esse. ⁊ qz nõ ẽ idẽ instãs formaliter. ió eẽ ⁊ non esse dicunt simul cõuenire sorti. nec etiã oportet ibi eẽ tẽpus mediũ. Ad q̃ntũ dicit ꝙ alterũ vno mõ capit indefinite vł pticulariter: vt tãtum valet sicut vnum vel aliquod. ⁊ sic bene sequitur vnũ cõtradictoriorũ q̃ ⁊ alterũ. et valet ꝓbatio ꝓsequẽtie. Alio mõ relatiue. vt ẽ relatiuum diuersitatis. ⁊ sic cõsequẽtia non valet nec ꝓbatio eius. quia hoc mõ nõ alter ⁊ neutrũ nõ eq̃pollent.

Lex siue nata subalternarũ talis ẽ ꝙ si vł is est vera particularis erit vera ⁊ ñ ecõuerso. ſ. ꝺõt enim particularis esse vera: sua vniuersali existẽte falsa. vt omis hõ est albus. sed si particularis est falsa: vniuersalis erit falsa ⁊ nõ ecõuerso.

Postq̃ autor determinauit de lege contradictoriarum que repugnãt in qualitate ⁊ q̃ntitate sił. hic ꝓpr determinat de lege subalternarũ q̃ repugnãt in quãtitate solum. Subalterne enim non repugnant in veritate. quia possunt simul eẽ vere, nec i falsitate. quia pñt

simul esse falsę, nec in q̃litate. ideo solũ repugnãt in quãtitate. ideo int oẽs ꝓpones subalterne minime repugnãt siue opponũt. rõne cuius auctor vltimo determinat de ipis. ⁊ primo dicit ꝙ si vlis ẽ vera pticularis ẽ va ⁊ nõ econuerso.

Vbi est primo sciendũ ꝙ ad veritatẽ vlis sequit veritas pticularis sibi subalterne. Cuius sunt due rões. Prima ꝙ si pdicatũ vere dicat de quolibet supposito subiecto sic dic vlis etiã vere dicet de aliquo supposito subiecta qđ suffic ad veritatẽ particular. iõ ad veritatẽ vlis sequit vitas sue particularis. Secũda rõ ẽ. qr si vlis est vera sua particularis existẽte falsa seqret ꝙ ꝓdictorie essent sil vere ⁊ sil falsę. qr si ista esset vera ois hõ currit. ⁊ illa falsa q̃dã hõ currit. subcõtraria isti⁹. s. q̃dã hõ nõ currit ꝙ legẽ subcõtrariaꝝ eẽt vera. ꝫ ẽ aliqs hõ nõ currit ꝓdicit ꝑme. s. omis homo currit que ponebatur vera. igitur due ꝓdictorie erunt vere simul. etiam si illa sit vera ois hõ currit ꝙ legem ꝓmaꝝ sua contraria erit falsa. s. nullus hõ currit. ꝫ ista contradicit illi particulari aliquis homo currit. ideo si ista ponatur falsa ⁊ vniuersalis vera due contradictorie erunt simul falsę. quod est impossibile. ideo relinquit ꝙ si vlis est vera sua particularis erit vera.

Secundo sciẽdum est. ꝙ ad veritatem particularis non sequit veritas vlis Ratio ẽ. quia in materia contingenti pdicatũ potest conuenire alicui supposito. ⁊ tamẽ nõ conuenire omnibus. ideo particularis potest esse vera. quia ad ipam sufficit predicatum vere dici de subiecto pro aliquo vli. tamẽ existente falsa. ideo quamuis ad veritatẽ vlis sequatur veritas particularis nõ tamen econuerso.

Tertio sciendũ est. ꝙ ad falsitatem particularis sequitur falsitas sue vlis. Rõ est. quia si pdicatum nõ verificetur de aliquo supposito subiecto quod requiritur ad veritatem particularis non verificabitur de quolibet sicut requiritur ad veritatem vlis. igitur si particularis est falsa sua vlis est falsa. licet non econuerso. etiam si particularis poneretur falsa ⁊ non vlis eius sequeretur ꝙ due ꝓdictorie essent sil vere ⁊ simul falsę. quod ꝓbaret eodẽ mõ sicut ꝓbatũ est in prima pte legis subalternaꝝ.

Quarto sciendũ ẽ ꝙ ad falsitatem vlis non sequitur falsitas particularis. Ratio est. quia ad falsitatem vlis sufficit pdicatum falso dici de aliquo supposito subiecto. ⁊ ad falsitatem particularis requiritur falso dici de omnibus. ꝫ si falso dicatur de vno non oportet ꝙ falso dicatur de omnib⁹ alijs. Ideo ad falsitatem vlis nõ sequitur falsitas particularis. ⁊ hoc in materia contingenti qr in materia naturali ⁊ remota si vlis sit falsa etiam ⁊ particularis. ⁊ ꝓ hoc habent quattuor partes que sunt in lege subalternarũ. Ex pdictis colligitur ꝙ ad veritatem vlis affirmatiue pdicatum debet inesse subiecto ꝑ quolibet supposito. ⁊ ad falsitatem sufficit ꝙ removeatur ab aliquo seu vnico supposito. Sz ad veritatem particularis vel indefinite sufficit pdicatum verificari de subiecto pro vnico supposito eius. ⁊ ad falsitatem eius oportet ipm falso dici de quolibet supposito. ⁊ ad veritatẽ singularis requirit ꝙ verificet de vnico determinato supposito. ⁊ ad falsitatẽ ꝙ removeat ab eodem.

Sed ꝺ pdicta arguit. Primo sic. Ad positionem vlis non sequit positio particularis. vt ad positionem animalis non seqt positio hominis. ergo ad veritatem vlis non requiritur veritas particularis. Secũdo sic. Non sequitur omne animal preter sortem currit. ergo quoddam animal preter sortẽ currit igitur ad veritatem vlis non sequitur vitas particularis. Tertio sic. Ad veritatem huius quidam homo est animal sequitur veritas huius omnis homo est animal. ⁊ ad istã aliquis sol lucet sequitur ista. omnis sol lucet. igitur ad veritatem particularis sequitur veritas vlis. Quarto arguit sic. In omni bona ꝺsequẽtia ꝺsequens includitur in ãcedente. ꝫ in falsitate particularis nõ includit falsitas vlis. qr in omni particulari non includit vlis sua. ergo ad falsitatẽ particularis nõ seqtur falsitas vlis. Quinto sic. Vbicũq; subiectum tenetur ꝑ equalibus suppositis. ⁊ vbi est idẽ pdicatũ ẽ eadẽ cã veritatis ⁊ falsitatis. ꝫ in vli ⁊ particulari eius subiectum tenetur ꝑ equalibus suppositis alias non essent opposite. igit habent eãdem cãm veritatis ⁊ falsitatis. ergo ad falsitatẽ vlis sequit falsitas particularis.

Ad argumẽta ante oppo. Ad ꝓ

mum dꝛ ꝙ ad positionem vlis incõplexi qđ
ẽ superius alicuius infenoꝛis nõ sequit posi
tio sui pticularis. ⁊ ad positionem vlis com
plexi qđ ẽ ppositio vlis sequit positio sui p
ticularis. ⁊ de isto vli solũ ẽ đ ad ppositum.
¶ Ad secundũ dꝛ ꝙ ibi male capit pticula
re illius ppõis vlis. qꝛ exceptio nõ põt addi
termino capto pticulari. ⁊ sic dꝛ capi sua pti
cularis. aliqđ alial'aliud'a sorte currit. ⁊ tunc
bñ sequit ad suã vlem. ¶ Ad tertiũ dꝛ ꝙ lz in
illis ppõnibus ad particulare sequat vlis hoc
tm nõ est rõe huiusmodi enũciádi. ⁊ tm gra materie
qꝛ nõ sequit in oibus. vñ due pme sunt in ma
teria naturali in q̃ vlis ⁊ pticularis eius equi
pollẽt quo ad veritatẽ. ⁊ in alijs ẽ vnũ solum
suppositũ subiecti q̃re si particularis ẽ va etiam
vlis. ¶ Ad quartũ dꝛ ꝙ lz in falsitate pticu
laris nõ includatur formaliter falsitas vlis
tm includitur virtualiter. qꝛ in đ ꝙ p̃dicatum
falso dicitur ꝑ quolibet suppositio subiecti in
cluditur ꝙ falso dicitur ꝑ aliquo quod suffic
ad falsitatem vlis. ¶ Ad quintũ dꝛ ꝙ in vli
⁊ particulari subiectum dicitur de equalibus
suppositis. nõ tamen eodem mõ. quia in vli
distribuitur ⁊ tenet in actu pro omnibus sup
positis eius. ⁊ in particularibus solum tene
tur pro omnibus in aptitudine ⁊ non in actu
cum non distribuatur. ⁊ sic patet de lege sub
alternarum

Item propositionuꝫ categoricarum vtroq; termino participantiũ ordine econuerso triplex est conuersio. s. simplex per accidens ⁊ per contrapositionem.

¶ Postq̃ autoꝛ determinauit supius de op
positione que est passio ppõnum participantiũ
vtroq; termino eodem ordine. đ sequent̃ de
terminat de quersione que est passio ppõnuꝫ
participantium vtroq; termino ordine econũ
so. ⁊ quia quersio dicitur analogice. i. ꝑ prius
⁊ posterius de suis speciebus. ideo autoꝛ nõ
diffinit eã in cõi sed diuidit ⁊ postea diffinit eaꝫ
in suis spẽbus. đ tm videndũ ẽ de rõe eius in
cõmuni.

¶ Circa quo sciendũ est ꝓmo. ꝙ cõ
uersio accipit dupliciter. Uno mõ gñaliter ꝑ
q̃cunq; mutatõe rei de vno in aliud. sic̃ est cõ
uersio de bono in malũ. vel quersio aq̃ in vi
nũ. ⁊ sic dꝛ tã de p̃sione eternioꝛ ꝙ rep ⁊ p
positionũ. Alio mõ capit spalit solũ ꝑ muta
tione vnius ppõnis in aliã. q̃ est quersio ppo
sitionum. ⁊ sic est ꝓprietas ppositionum q̃
conuertunt. ⁊ sic consideratur hic ⁊ non pri
mo modo.

¶ Secõ sciendũ est. ꝙ quersio pro
positionum adhuc accipitur triplr. Uno mõ
cõiter ꝑ omni mutatione vnius ppõnis in a
liam. ⁊ sic continet sub se conuersionẽ in ter
minis ⁊ conuersionem in oppositam qualita
tem que conuenit ppõnibus de contingenti
ad vtrũlibet. vt dicendo sortem currere ẽ con
tingens. ergo sortem non currere est contingens
Secundo mõ capitur minus cõiter put ẽ mu
tatio predicati in subiectum ⁊ econuerso: siue
ibi sit bona consequentia siue non. Tertio ca
pitur ꝓprie put est mutatio predicati in subie
ctum ⁊ econtra cum bona consequentia vni
us ppõnis ad aliam. Unde quia mutatio si
tus terminoꝛum cum qua est bona consequẽ
tia dꝛ debita. Alia autem vbi non ẽ bona con
sequẽtia dꝛ indebita mutatio. ideo conuersio
magis ꝓprie significat mutatõnem situs ter
minoꝛum ppõnis cum bona consequẽtia vni
us ppõnis ad aliam. ꝙ significat aliam mu
tationem. ⁊ solum hoc tertio mõ sumitur hic
conuersio.

¶ Tertio sciẽdum est ꝙ quersio sic
diffinitur. Conuersio est ppositionum vtroq;
termino pticipantium ordine econuerso vni
ad aliã formalis ꝯsequentia. In qua diffini
tione ponitur formalis consequentia loco ge
neris. ipa enim est superius ad argumentatio
nem conuersionem ⁊ ad alias simplices ꝯse
quentias. ⁊ formalis ꝯsequẽtia q̃ tenet in oi
bus terminis simili forma arguendi retenta.
Deinde ponitur ppõnũ vtroq; termino par
ticipantium ad differentiam consequentie p
positionum que non sunt vtroq; termino par
ticipantes. sic̃ ẽ in entemenate vel exemplo.
ponitur ordine econuerso ad differentiam cõ
sequentie ppõnum q̃ sunt vtroq; termino pti
cipantes eodem ordine. sicut est consequen
tia inter subalternas vel inter equipollentes.
Ex quibus patet ꝙ in qualibet cõuersione cũ
sit quedam consequentia requiruntur due pp
positiones. ⁊ prima est conuersa ⁊ est anteces
dens respectu alterius. secũda vo dꝛ cõsequẽs

ꝛ est ꝓsequẽs ad aliã.

¶ Quarto sciendũ ẽ ꝙ ꝓpõnũ cathegorica ex vtroq; termino ꝓticipantiũ ordine ecõuerso triplex est quersio. simplex p accidẽs ꝛ p cõpositionẽ. Cuius diuisionis sufficiẽtia sic habet. quia omnis quersio est ꝓsequẽtia vnius ꝓpõnis ad aliam cum mutatione situs terminoꝝ. vel ergo in illis ꝓpõnib⁹ termini habent cõniam positionem sic ꝙ in vna ponantur finite ꝛ in alia infinite. vel habent similem positionem sic ꝙ eodem mõ tenentur in vtraq;. Si ꝑmum. sic est conuersio per contrapositionem. Si secundũ. sic est dupliciter. vel vna ꝓpositio sequitur immediate ꝛ quertibiliter ad aliam. ꝛ sic est quersio simplex. vl non quertibiliter ꝫ solũ ex ꝓsequẽti. sic ẽ quersio p accidens in qua quertens nõ sequit immediate ad quersam ꝫ p alterꝝ. s. rõe vnius ꝓpositionis que sequitur ꝑmo ad conuersam: ad quam sequitur sua conuertens sic̃ infertus patebit.

¶ Sed cõ predicta arguit. ꝓmo sic. Cõuersio ꝺr mutatio ꝑdicati in subiectũ: ꝫ ꝑdicatum cum habeat rõnem forme nõ potest mutari in subiectum quod habet rõnem materie. ergo quersio non est possibilis nec ẽ passio ꝓpõnum. ¶ Secundo sic. Conuersio est mutatio situs terminoꝝ ꝓpõnis. igit̃ debet dici passio terminorum ꝛ non ꝓpõnum. ¶ Tertio sic. Conuersio nõ est aliq̃ argumentatio cum in ipa nõ sit medium. ꝛ cũ in omni argumentatione est aliquod medium. igitur conuersio non est consequentia formalis. ¶ Quarto sic. Homo ꝛ risibile quertunt. ꝛ non quertunt ꝑ aliquã harum specieꝝ conuersionis. igitur ponuntur male tres spẽs cõuersionum. ¶ Quinto sic. Aristoteles sufficienter determinãs de quersionibus nõ posuit quersionem per cõpositõez. igit̃ b male ponit tres spẽs quersionis.

¶ Ad argumenta ante oppo. Ad ꝑmum ꝺr ꝙ quersio est possibilis cum omẽs eius cause sint possibiles. licet ꝑdicatum formaliter sub intentione predicati non possit mutari in subiectum. tamen quantum ad illud qđ est bene mutat̃ in subiectum ꝛ ꝑdicatũ ꝛ ecõtra. ¶ Ad secundũ ꝺr ꝙ quersio debita cõparatur ad rõnẽ a qua sumit nomẽ cõpositionis ꝺr mutatio situs terminoꝝ. ꝺr eni quersio cõpositionis si sit vsio subiecti in ꝑdicatũ ꝛ ecõtra. ꝛ sm b in suo nomine nõ ẽ bõa ꝓsequẽtia. ꝫ cõparatur ad id cui nomẽ imponit̃ ẽ ꝓsequẽtia. cũ mutatõe termini ex ꝛ tal' ꝓsequẽtia ẽ passio ꝓpõnũ ꝛ nõ terminorũ. ꝛ adhuc mutatio termini ex ꝛ nõ ꝓuenit terminis sm se ꝫ vt sunt in ꝓpõne. iõ ẽ passio ꝓpositõis sibi ꝓueniẽs rõe termini ex. ¶ Ad tertium ꝺr ꝙ licet cõpositio nõ sit aliq̃ argumentatio tñ nõ sequit̃ ꝙ nõ sit ꝓsequẽtia formal. qz consequẽtia ẽ quoddã supius ad argumẽtatõez ꝛ simplices ꝓsequẽtias cuiusmõi sunt quersio ꝛ eqpollẽtia. ¶ Ad q̃rtũ ꝺr ꝙ hõ ꝛ risibile inter se ꝓuertunt̃ ꝑ cõuertibilitatẽ ꝛ nõ ꝑ cõpositionem. sic eni differũt quersio ꝛ cõuertibilitas ꝛ quertentia qz cõuertibilitas ẽ passio terminoꝝ cõuertibiliũ q̃ de se inuicẽ vlit̃ verificant̃. ꝫ cõuertẽtia est passio relatiuoꝝ que adinuicem referunt̃ vt sunt pr̃ ꝛ filius. ꝛ conuersio est passio propositionum. ¶ Ad quintum ꝺr ꝙ aristoteles considerat conuersionem vt est ꝓncipium reductiuum sylogismoꝝ imperfectoꝝ ad pfectos. ꝛ quia conuersio p contrapositionẽ ad ꝫ non deseruit. qz in ipa non manent idẽ terminini simpliciter qui tamen debent remanere in reductõe sylogismoꝝ. ideo illam nõ enũerauit Aristoteles inter conuersiones. ꝫ p̃e. hys. cõsiderauit conuersionem vt est passio ꝓpositionis. ꝛ conuersio p cõpositionem est quedaz passio eius. ideo ipam cum aliis enumerauit. Inde etiam ꝓuenit ꝙ autor iste determinauit de conuersione in ꝑmo tractatu vbi considerat de enũciatõe. ꝛ aristoteles de conuersione in libro ꝑihoꝝ determinat vbi ꝑsiderat de sylogismis.

¶ Conuersio simplex est quãdo fit de subiecto ꝑdicatum ꝛ de ꝑdicato subiectum manẽte eadẽ qualitate ꝛ quantitate. Et hoc modo quertit̃ vniuersalis negatiua in seipam. ꝛ particularis affirmatiua in seipam. vt nullus hõ est lapis. nullus lapis est hõ. q̃dam homo est animal. quoddã animal est homo.

¶ Postq̃ ꝑmisit diuisionem conuersionis. ꝫ ꝓsequenter determinat de membris eius. ꝛ qz in conuersione simplici ꝛ per accidens manent idẽ termini ꝛ ꝫm rem ꝛ vocẽ. ꝛ in cõuer-

sione p̄ p̄positōez solū manēt ꝑm vocē ⁊ variant ꝑm significatōez. ideo p̄us determinat ō ꝙuersione simplici ⁊ p̄ accidēs q̄ de alia. ⁊ q̄r in ꝙuersione simplici ē solū mutatio situs terminoꝝ ⁊ nō mutatio q̄titatis nec q̄litatis p̄positōis. ⁊ in p̄ūsione p̄ accidēs ē mutatio q̄titatis cū mutatōe situs terminoꝝ. ideo p̄us agit de p̄ūsione simplici q̄ p̄ accidēs.

¶ Pro quo sciēdum ē p̄mo. q̄ cōuersio simplex ē mutatio p̄dicati in subiectū. ⁊ ecōtra manēte eadē q̄titate ⁊ q̄litate. In q̄ diffinitōe ponit mutato loco ḡnis deinde ponit p̄dicati in subiectū ⁊ ecōtra. ad dr̄iaz conuersionis p̄ p̄positionem vbi nō mutat simpliciter p̄dicatum in subiectum. ꝫ mutant termini finiti in terminos infinitos. ⁊ sic variant ꝑm significata. Deinde ponitur manente eadem qualitate ⁊ q̄titate ad dr̄iaz ꝙuersionis p̄ accidens vbi est mutatio q̄titatis p̄p̄onis non tamen remanet hic eadem qualitas vel quantitas in numero. quia conuertēs ⁊ conuersa numero differunt. ꝫ solum manet eadem in specie.

¶ Secūdo sciendū ē. q̄ ista ꝙuersio dr̄ simplex duplicat cā. Primo. quia ibi est simplex mutatio p̄dicati in subiectum sine mutatione quantitatis vel terminoꝝ finitoꝝ in infinitos terminos. sicut in conuersiōe p̄ p̄positionem que non est simplex mutatio: ꝫ est mutatio complectens plures mutatōes Secunda cā est. quia in hac ꝙuersione p̄p̄ositio conuersa per se p̄mo. i. ꝑm se totam conuertitur ⁊ non gratia p̄artis sicut in conuersione per accidens vbi vlis non ꝑm se totā cōuertitur ꝫ ꝑm suam p̄ticularem. ⁊ inde ē q̄ in ista conuersione vna p̄p̄ositio simpliciter cōuertitur in aliam. ⁊ ideo in conuersione simplici est ꝙsequentia conuertibilis. quia sic cōuertens sequitur ad ꝙuersam ita ecōuerso: q̄ tamen non fit in conuersione per accidens vbi lz particularis ꝙuertens sequat ad vlem: non tamen econtra vt lz sequat̄ omnis homo est animal. ergo quoddā aial est homo. non tn̄ econtra.

¶ Tertio sciendū est q̄ ꝑm ꝙuersionem simplicem ꝙuertitur p̄ticularis affirmatiua quod sic p̄batur. quia bene sequitur quidam homo ē animal. ergo quoddā animal ē homo. ⁊ ibi est mutatio p̄dicati in subiectum ⁊ ecōtra. igit̄ ibi est bona ꝙuersio, ānc̄edens patet. q̄r si ista sit vera quidam homo est animal oportet q̄ aliquid idem sit homo ⁊ aial. tūc signet illud idē q̄d sit hō ⁊ animal. ⁊ vocet̄ socrates. ⁊ arguitur sic p̄ syllogismū expositoriū. i. ex singularibus factū. socrates ē hō socrates ē animal. ḡ quoddā animal ē hō. ⁊ sic ista quoddā animal ē hō sequit̄ ad illā. s. quidā homo est animal. ad quā sequunt̄ p̄missē illi⁹ syllogismi expositorij.

¶ Quarto sciendū est q̄ ista ꝙuersione etiam conuertitur vlis negatiua. quod p̄batur sic. quia bene sequitur nullus homo est lapis. ergo nullus lapis est hō. quia omnis consequentia est bona in qua ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis. ꝫ sic est de ista. quia ad istam que est p̄dicto⁹ia consequentis quidam lapis est homo. sequit̄ ista quidā homo est lapis p̄ ꝙuersionē simplicem p̄ticularis affirmatiue iam p̄batā. ⁊ illa est oppositum antecedentis. ergo p̄ma consequentia fuit necessaria. Et potest aliter fic argui. Si non sequitur. nullus homo ē lapis. ḡ nullus lapis est hō. oppositum consequētis stabit cū ānc̄edente. ꝫ ad ip̄m sequit̄ p̄dictoꝝ antecedentis. ergo due contradictoꝝue stabunt simul in veritate q̄d ē impossibile. igitur oportet p̄mam cōsequentiā fuisse necessariā.

¶ Sed contra p̄dicta arguit̄. Primo sic. In omni ꝙuersione ē mutatio p̄dicati cū mutatōe subiecti. ḡ in q̄libet ꝙuersione fūt plures mutatōes. ⁊ p̄ consequēs nulla ē mutatio simplex siue conuersio. ¶ Secundo sic. Nec ē cōuersio simplex socrates ē hō. igit̄ q̄dā hō est socrates. ⁊ tn̄ ibi nō remanet eadē q̄titas. cū p̄ma sit singularis ⁊ secūda sit p̄ticularis igit̄ in cōuersione simplici nō manet eadē q̄titas. ¶ Tertio sic. nullus hō ē spēs. igit̄ nulla species est homo. non sequit̄ cū ānc̄edens sit verū ⁊ consequēs falsum. cum contradictoꝝ consequentis sit verum. s. aliq̄ spēs ē homo. igitur vlis negatiua non bene conuertit̄ simpl'r. ¶ Quarto sic. Non sequitur. nullus senex erit puer. ḡ nullus puer erit senex cū ānc̄edens sit verum ⁊ consequens falsum. igitur conuersio simplex vlis negatiue non ē bona consequētia. ¶ Quinto sic. Nō sequit̄ q̄dā lapis est in muro. ḡ quidam murus ē in lapide. igit̄ p̄ticularis affirmatiua nō cōuertitur simpliciter.

Ad argumenta ante oppo. Ad ꝓmum dꝛ ꝙ lz in ꝙuersione ſimplicia ſint due mutatões in nũero ꝙtũ ad termios ꝓpõnis. tñ ẽ vna tñ in ſpẽ. ſ. mutatio ſitus terminoꝝ. ⁊ nõ ẽ ꝯplectẽs plures mutatões ſpẽ. ſic ẽ in alijs ꝓſionibus. Ad ſcõm dꝛ ꝙ in illa cõuerſione nõ manet eadẽ ꝙtitas ꝙtũ ad modũ enũciãdi. tñ manet eadẽ ⁊tualit ꝙtuꝝ ad id ꝓ quo verificañ ille ꝓpões. qꝛ ſic ſingularis ꝓ vnico ſuppoſito verificañ ita ⁊ ꝑticularis ⁊ indefinita rõe cuius de ſingl'anbus ꝑticularibus ⁊ indefinitis idẽ ẽ iudiciũ ꝙtum ad ꝓſiones. Ad tertiũ dꝛ ꝙ illa. null' hõ ẽ ſpẽs dꝛ ſic ꝓũti. nulla ſpẽs ẽ aliq̃s hõ ad ꝟ ꝙ aliq̃s hõ in ſcõa euidẽt teneañ ꝓ ſuppoſitis. ſic in ꝓma. Ad q̃rtũ dꝛ. ꝙ ille due. ſ. nullus ſenex erit puer. ⁊ null' puer erit ſenex ꝓñt capi in ſenſu ꝓpoſito. ⁊ tũc ẽ ſenſus. null' ſenex ſub forma ſenis erit puer. ⁊ ſic ãbe ſũt vere ⁊ ꝓñt capi in ſenſu diuiſo. ⁊ ẽ ſenſus talis. nullus ſenex ꝙtũ ad id qõ ẽ erit puer. ⁊ ſic ꝓma ẽ falſa ſic ⁊ ſcõa. qꝛ ibi ſenex ſupponit ꝓ omnibus ſenibus ꝓñtibus ⁊ futuris rõe verbi de futuro. ⁊ ꝓ omnibus illis diſtribuit. mõ de aliquo futuro ſene qui forſan cras naſcet. verum eſt dicere ꝙ erit puer. Ad quintum dꝛ ꝙ illa nõ ꝙuertitur ſic. quidam lapis eſt in muro. ergo quidam murus eſt in lapide. ſed debet ſic ꝙuerti. ergo quoddam ens in muro eſt lapis. quia ꝑdicatum ꝓme non ẽ murus. ꝟ ens in muro. ⁊ ſimiliter etiam dicitur de illꝰ. quidam oculus eſt in capite. quoddã vinum eſt in dolio.

Conuerſio ꝙ accidẽs ẽ facere de ſubiecto ꝑdicatum: ⁊ de ꝑdicato ſubiectum manẽte eadẽ qualitate: ſed mutata quãtitate ⁊ hoc modo ꝙuertitur vniuerſalis affirmatiua in ꝑticularẽ affirmatiuam: ⁊ vniuerſalis negatiua in ꝑticularẽ negatiuam. vt omnis hõ ẽ animal. ergo quoddam aial eſt homo. Nullus hõ ẽ lapis. ergo quidam lapis non eſt homo.

Poſtq̃ autor determiauit de ꝓũſione ſimplici in q̃ ſolũ ẽ mutatio ꝑdicati in ſubiectũ ⁊ ecõꝝ. ꝟ ꝓſequẽs determinat ꝺ ꝓũſiõe ꝙ accidẽs in q̃ ſunt due mutatões. ſ. ꝑdicati in ſubiectũ. ⁊ ꝙtatis ipaz ſic diffinies. Cõuerſio ẽ tranſpoſitio ꝑdicati i ſubiectũ ⁊ ecõꝝ manẽte eadẽ qlitate ꝟ mutata ꝙtitate. Cuiꝰ diffinitõis eſt eadem explicatio ſicut ꝑcedentis ꝓter ꝺ ꝙ ꝺ ponit mutata quantitate ad ꝺriam conuerſionis ſimplicis.

Pro quo ꝓmo ſciendũ ẽ. ꝙ hec ꝙuerſio dꝛ ꝙ accidẽs qꝛ ꝙ ipaz nõ ꝓũtit ꝓpoſito ſm ſe totã: ⁊ ꝙ ſe ꝓmo. ꝟ gra ꝓtis. ſ. ſm ſuã ꝑticularẽ. vt ꝺ. oĩs hõ ẽ aial. ꝯ q̃ddã animal ẽ hõ. ꝓma nõ ꝓũtit niſi rõe ſue ꝑticularis ſcz q̃dã hõ ẽ aial q̃ ꝓũtit ſimplr in aliã. ⁊ non ꝙuertit ſm ſe totam ꝺ eſt ſm omnes ſuas ſingulares. etiam illa ꝙuertẽs ſequitur ad ipam ſm ꝑtem eius ⁊ non ꝙ ſe ꝓmo id quod cõuenit alicui ſm ꝑtem ſibi ꝙuenit ꝙ accidens. ⁊ ꝙ alterum. ideo talis ꝙuerſio per accidens nominatur.

Secũdo ſciendũ ẽ. ꝙ ſm hanc ꝙuerſionem debite ꝙuertit vꝛis affirmatia in ꝑticularem affirmatiuam. ꝓbatur. qꝛ ꝺ eſt bona conſequentia cũ tranſpoſitione ſubiecti et ꝑdicati. oĩs hõ ẽ aial. ꝯ quoddã animal eſt homo. ꝯ ibi eſt debita ꝙuerſio. cum conuerſio ſit formalis conſequentia vnius ꝓpoſitõis ad aliam cum mutatione ꝑdicati in ſubiectũ. antecedens ꝓbatur. quia ad iſtam. omnis hõ eſt animal. ſequit iſta. q̃dam homo eſt animal ꝙ legem ſubalternar. ⁊ vltra ſequit q̃dam hõ eſt animal. ꝯ quoddã animal ẽ homo. ꝙ conuerſionem ſimplicem. ergo de ꝓmo ad vltimum ſequit omnis hõ eſt animal. ꝯ quoddã animal eſt homo. ꝙ illam regulam conſequentiarum. quicq̃d ſequit ad conſequẽs bone conſequẽtie ſequit ad añcedens. ⁊ talis conſequentia vocatur de ꝓmo ad vltimum. ⁊ ſic vniuerſalis affirmatiua bene conuertitur ꝙ accidẽs non tamen poteſt conuerti ſimpliciter. qꝛ argueretur a non diſtributo ad diſtributum a ꝙte ꝑdicati ꝓme ꝓpõnis quod non diſtribuitur in ꝓma eo ꝙ eſt ꝓdicatum ꝓpõnis affirmatiue. ⁊ tamen diſtribueretur in ſecũda cuꝝ eſſet ſubiectum ꝓpoſitionis vꝛis.

Tertio ſciẽdum eſt ꝙ ꝙ ꝙuerſionem per accidens debite ꝙuertit vꝛis negatiua in particularem negatiuam. patet quia hec

est bona ꝯsequẽtia cũ trãspositõe terminorũ. nullus hõ ẽ lapis. igit̃ q̃dã lapis nõ ẽ homo igit̃ vlis negatia bñ ꝙuertit̃ ꝑ accidẽs. antecedẽs pz. qz bñ sequit̃. nullus hõ ẽ lapis. ergo nullus lapis ẽ hõ. ꝑ ꝙuersionẽ simplicem ad quã sequit̃. quidã lapis nõ est homo ideo sequebat̃ ad ꝓmam. ⁊ ibi est bona ꝯsequẽtia Item si non sequatur. nullus homo est lapis ergo quidam lapis nõ est homo. Oppositũ ꝯsequẽtis stabit cũ añcedente in veritate. scz omnis lapis est homo. ꝫ ad ipam sequitur q̃ dam homo est lapis ꝑ ꝙuersionem ꝑ accidẽs vlis affirmatiue. ꝫ illa est contradictoria antecedentis. igitur due ꝯdictorie stabũt simul in veritate quod est impossibile. ⁊ sic̃ posset probari conclusio ꝑ accidens vniuersalis affirmatiue.

¶ Quarto sciẽdũ ẽ. ꝙ vt supponitur in hac ꝓbatione vltima in omni mala cõsequentia oppositum ꝯsequentis stabit in veritate cum añcedente. Cuius rõ est. qz in omni mala ꝯsequentia añcedens potest esse verꝫ ꝯsequente existente falso. ⁊ ideo oppositũ cõsequentis ipius ꝓt̃ stare in veritate cũ añcedente. Vñ ꝯsequentia non dz mala nisi qz consequens eius nõ includitur in antecedẽte ꝫ potest esse falsum añcedente existente vero ideo suum oppositum ꝓt̃ esse verum cum antecedente talis consequentie. ⁊ econtra in bona ꝯsequentia. vnde ex vero nunq̃ sequitur falsum. licet ex falso quandoq̃ sequatur verum. Ex quibus patet ꝙ vniuersalis affirmatiua ⁊ vniuersalis negatiua bene conuertunt̃ ꝑ accidens. ꝫ nulla particularis ꝓt̃ conuerti per accidens. quia si sic conuerteret in vlẽz. ꝫ ad ꝑticulare nunq̃ sequit̃ formaliter sua vlis. ideo ꝑticularis nũq̃ ꝙũt̃ ꝑ accidens.

¶ Sed contra ꝓdicta arguit̃. ¶ Primo sic. Qualitas rei cõsequitur q̃ntitatẽ eius igitur mutata q̃ntitate mutabitur qualitas. ergo in conuersione ꝑ accidens non manet eadem qualitas mutata quantitate. ¶ Secundo sic. Non sequitur omnis hõ videt lapidem. igitur quidam lapis videt hominem. ergo vlis affirmatiua non bene conuertit̃ ꝑ accidens. ¶ Tertio sic. Nõ sequitur omnis hõ est mortuus. ergo quoddã mortuũ est hõ. cũ añcedens possit esse verum consequẽte existẽte falso. ergo vlis affirmatiua non bene conuertit̃ ꝑ accidens. ¶ Quarto sic. Nõ sequit̃. nullus hõ ẽ mulier. ꝫ q̃dã mulier nõ ẽ homo igit̃ ꝯ conuersionẽ vlis negatiue. ¶ Quinto sic. Nõ sequit̃. nullũ aial ꝓter hoiez ẽ rõnale. ergo quoddã rõnale nõ est aial ꝓter hominẽ igitur vlis negatiua non debet conuerti ꝑ accidens.

¶ Ad argumẽta añ oppo. Ad primum dz ꝙ mutata q̃ntitate in nũero mutat̃ q̃litas ꝫm nũez. qz q̃litas sequit̃ q̃ntitatẽ in esse nũerali. ꝫ mutata q̃ntitate in spẽ nõ mutat̃ q̃litas in spẽ. qz ꝫm suũ esse specificũ nõ seq̃t̃ q̃ntitatẽ. ⁊ de ista ẽ b'ad ꝓpositũ. ¶ Ad secundum dz ꝙ illa nõ bñ conuertit̃ ꝫ dz sic cõuerti omis hõ videt lapidẽ. ꝫ quoddã videꝫ lapidem ẽ hõ. ẽ enĩ regula in conuersionib⁹ ꝙ qñ in ꝓpõne ponitur verbum adiectiuum ꝑ copula ꝓncipali anteq̃ conuertat̃ ꝓpositio: illd resoluendũ est ꝑ est ⁊ suum ꝓncipium. ⁊ dz illud ꝓncipium accipi in ꝑdicato ⁊ reduci ad subiectum conuertentis. aliter nõ fieret de ꝑdicato ꝓme subiectum secunde. ¶ Ad tertiũ dz ꝙ illa non bene conuertit̃ quia in ista omnis hõ est mortuus. hõ supponit ꝑ pñtibus ⁊ ꝓteritis simul ratione illius ꝓteriti mortuus. ⁊ in alia tenetur ꝑ pñtibus tãtum: ⁊ non ampliatur. ꝫ debet sic conuerti. omnis hõ est mortuus. ergo quoddam mortuus est vel fuit hõ. vñ ꝯabendum est ꝑ regla. ꝙ termini conuertẽtis ⁊ conuerse debẽt teneri eque ample ⁊ eque stricte. i. ꝑ eq̃lib⁹ suppositis. aliter ille nõ essent ꝑticipãtes vtroq̃ termino. ideo ista sic conuertitur. omnis hõ est generandus. ergo quoddã generandũ est vel erit hõ. ⁊ debet poni verbum futurum vt hõ stet in secunda ꝓz futuris: sicut in ꝓma. ¶ Ad quartum dicitur ꝙ illa debet sic conuerti. nullus hõ est mulier. ergo q̃daꝫ mulier non est aliquis hõ. ⁊ ponitur aliqs hõ vt hõ stet in secunda ꝓz vnis tantum sicut in ꝓma. ¶ Ad quintum dicitur ꝙ illa male conuertitur ꝫ debet sic conuerti. nullum animal ꝓter hominem est rationale. ergo quoddam rationale non est animal aliud ab homine. resoluendo ꝓter ꝙ aliud ⁊ ab. ⁊ sic debet fieri in omnibus exceptiuis. De istis tñ ⁊ reduplicatiuis ⁊ exclusiuis ꝫz videri in paruis logycalibus quõ in spãli cõuertant̃. ⁊ sic ꝫz de cõuersione ꝑ accidẽs.

¶ Conuersio ꝑ contrapositõem ẽ facere de subiecto ꝑdicatum ⁊

de p̃dicato subiectum manente eadem qualitate ⁊ q̃titate: sed mutatis terminis finitis in terminos infinitos. Et hoc mõ cõuertit vlis affirmatiua in vniuersalẽ affirmatiuam. ⁊ ꝑticularis negatiua in seip̃am. vt ois hõ ẽ animal. ergo omne nõ animal ẽ nõ hõ. Quidam hõ nõ ẽ lapis. ergo quidam nõ lapis nõ ẽ non hõ. Cũ vsus. Simpliciter feci. ꝙuertitur eua ꝑ acci. Astop contra sic fit ꝙuersio tota. Asserit a negat e sunt vniuersalit ambe. Asserit i negat o sunt ꝑticularit ambe. Et iciẽdũ ẽ q̃ signũ positum in subiecto ꝓpositionis q̃ debet cõuerti debet poni supra totum p̃dicatum ⁊ totum reduci ad subiectum in ꝙuertẽte. Insuper ea eadem est ꝙuersio ꝓpositionis particularis indefinite ⁊ singularis.

Postq̃ determinatũ ẽ de cõuersione simpliciter ⁊ ꝑ accidẽs vbi termini mutant solum ꝑm situm ꝺ cõsequent de conuersione ꝑ ꝓpositionem vbi termini mutant ꝑm situm ⁊ significata simul ipam sic diffiniens. Cõuersio ꝑ ꝓpositionẽ est mutatio subiecti in p̃dicatum ⁊ econuerso manente eadem q̃litate ⁊ q̃tate. ꝺ mutatis terminis finitis in terminos infinitos. cuius diffinitionis similis est explicatio sic p̃cedentiũ. nisi q; ibi ponit mutatis terminis finitis i termios ifinitos ad ꝺñaz conuersionis simpliꝺ ⁊ ꝑ accidẽs

Pro quo sciẽdum ẽ ꝓmo. q̃ terminus finit⁹ ⁊ infinit⁹ ꝓdicũt. nõ dicũt ꝺñe ꝓpriã positõez ⁊ nõ sile. ⁊ q; in ista cõuersione terminꝰ finiti mutant in termios infinitos ꝺñtes ꝓpriã positõez terminis finit sio ꝺ: ꝑ ꝓpositõez. vñ q: termin⁹ finitus ⁊ infinit⁹ ꝓdicũt vt dictũ ẽ. ⁊ q̃to vnũ ꝓdictoꝝ ẽ cõius ⁊ de plurib⁹ ꝺ: tãto suũ ꝓdictoꝝ ẽt termin⁹ cõe ⁊ de pauciorib⁹ ꝺ:. iõ q̃to termin⁹ finit⁹ ẽ cõior: ⁊ gñalior:: tãto termin⁹ infinit⁹ ẽ spãlior. vt ꝑz ꝑ exẽplũ. aial eni ẽ cõius q̃ hõ ⁊ ecõtra. nõ hõ ẽ cõius q̃ nõ aial. q: ꝺ: de oĩbus alĩs ab aiali. ⁊ cũ ꝺ de alĩs aialibus ab homine. ⁊ nõ animal solum ꝺ: de alĩs ab animali.

Scõo sciendũ est. q̃ ꝑ istã ꝙuersionẽ debite cõuertit vlis affirmatia. ꝑz q: ꝺ ẽ bõa cõsequẽtia ois hõ ẽ aial. g̃ oẽ nõ animal ẽ nõ hõ. igit vlis affirmatia conuertit in vlẽz affirmatiuã ꝑ ꝓpositõez. añcedẽs ꝑz. q: bñ sequit ois hõ ẽ aial. igit ois hõ nõ est nõ aial. q: aial ⁊ nõ aial ꝓdicũt. ⁊ vltra. ois hõ nõ ẽ nõ aial. igit oẽ nõ aial nõ ẽ hõ ꝑ conuersionẽ simplicẽ vlis negatiue. ⁊ vltra. omne nõ aial nõ est homo. ergo omne nõ animal est non homo. quia homo ⁊ nõ homo ꝓdicũt. ideo de quocunq; verificatur homo negatur nõ homo. ergo de ꝑmo ad vltimum sequitur omnis homo est animal. ergo omne non animal est nõ hõ. Aliter etiã posset ꝓbari. quia sicut animal est supius ad hoiem. ita non hõ ad nõ aial rõe infinitatõis. vt dictũ ẽ. iõo sic aial vlit verificat de homie. ita non homo de nõ animali.

Tertio sciendũ est. q̃ ꝑticularis negatiua debite conuertitur per contrapositionem. patet. quia bene sequitur quidã homo nõ est lapis. ergo quidam non lapis nõ ẽ non homo. ⁊ sic ibi est debita conuersio. añcedẽs patet. q: bene sequitur. quidam homo nõ est lapis. ergo quidam homo est non lapis. quia lapis ⁊ non lapis ꝓdicunt. ⁊ vltra quidã hõ est non lapis. igitur quidam non lapis ẽ hõ. per conuersionem simplicem particularis affirmatiue. ⁊ vltra. quidam non lapis ẽ homo igitur quidam non lapis non est non homo. quia homo ⁊ non homo ꝓdicunt. ergo de ꝑmo ad vltimũ bene sequitur q̃dam homo nõ est lapis. ergo quidã nõ lapis nõ est non hõ: ⁊ sic ꝑticularis negatiua bñ conuertit ꝑ cõtrapositionem. nõ tñ conuertitur simpliciter nec ꝑ accidens. quia ibi argueretur a non distributo ad distributum ex ꝑte subiecti ꝑme q̃ in ꝑma non distribuitur. cũ sit subiectum propositionis particularis. ⁊ tñ in secunda distri-

bueretur cum esset predicatum propositōnis negatiue.

Quarto sciēdum ē q̄ circa conuersiones p̄dictas autor ponit duo notabilia in textu. Primū ē q̄ signū positū in subiecto ppōnis q̄ dr̄ uerti dr̄ poni supra totū p̄dicatū ei⁹. ⁊ illud aggregatū dr̄ poni in subiecto uertētis. ⁊ h̄ ē intelligēdū de q̄ūsione simplici ⁊ p̄ōpositōez vbi manet eadē q̄ūtas ⁊ idē signū ⁊ nō de q̄ūsione p̄ accidēs vbi mutatur q̄ūtas. Scōm nōbile ē q̄ cadē ē q̄ūsio particularis indefinita ⁊ singularis. Rō ē. qr̄ sic singularis p̄ vnico supposito verificat. ita ⁊ particularis ⁊ indefinita. ideo de ipis idē ē iudicium q̄ūtū ad q̄ūsiones. Vñ ex p̄dictis p̄z q̄ vlis affirmatiua q̄ūtat p̄ accidēs ⁊ p̄ōpositōez sic ⁊ vlis negatiua simplr̄ ⁊ p̄ accidēs. Dr̄ particularis affirmatiua solū q̄ūtat simplr̄. ⁊ particularis negatiua solū p̄ ōpositōez. ⁊ p̄ h̄ habentur oēs uersiones. vñ vsus. Simplr̄ fac conuertitur eua p̄ acci. Asto p̄ contra sic fit q̄uersio tota.

Sed ꝯ predicta arguit. Primo sic. Termini finiti ⁊ infiniti nō sunt idē termini. igit̄ in q̄ūsione p̄ ōpositōez nō remanēt idē termini. igit̄ ibi nō fit de subiecto p̄dicatū nec eō. Secundo sic. Sic se h̄z hō ad aīal: ita nō hō ad nō aīal. qr̄ sic se h̄z affirmatio ad affirmationē. ita se habet negatio ad negatōez ⁊ homo nō potest vlit̄ dici de animali. ꝯ non homo nō potest dici vlit̄ de nō animali. igitur hec est mala q̄uersio. oīs homo est animal. ꝯ omne nō animal est nō homo. Tertio sic. Si particularis negatiua q̄uertat̄ p̄ ōpositionez arguetur a non distributo ad distributū a parte subiecti q̄uerse quod distribueret̄ in secunda ⁊ non in p̄ma. igitur talis q̄uersio particularis negatiue non valet. Quarto sic. Hec sē bona conuersio. aliquis homo est sortes. igitur sortes est homo. ⁊ tamen signum subiecti non debet addi p̄dicato conuerse. quia terminо singulari non debet addi signum. igit̄ signum positum in subiecto nō semper debet addi p̄dicato in q̄uersiōe simplici. Quinto arguitur sic. Due singlares diuerse qualitatis ꝯ dicunt non autem due particulares. ꝯ de particularibus ⁊ singularibus nō ē idē iudiciū.

Ad argumenta ante oppo. Ad primum dr̄ q̄ in q̄uersione p̄ ōpositionem non manēt idem termini fm̄ significatuz ⁊ modū significādi. manent tn̄ idem termini fm̄ vocē. quia in termino infinito includitur tota vox termini finiti. ideo fit de p̄dicato subiectum fm̄ quid. ⁊ ille ppōnes sunt vtroq̄ termino participantes. Ad secundum negatur ma ior. quia homo est inferius ad animal. ꝯ non homo est superius ad non animal. ideo non se habent similiter. ⁊ illa autoritas sicut se habet ⁊c. intelligitur in q̄uertibilibus ⁊ non inferius ⁊ superius. Ad tertium dicitur. q̄ in hac q̄uersione subiectū q̄uerse non manet simpliciter ⁊ fm̄ significatum eius. ideo ꝯ est idē quod distribuitur in p̄dicato conuertentis: ⁊ in subiecto conuerse est non distributum quare nō arguitur a non distributo ad distributū Ad quartum dicitur q̄ illud notabile solū intelligitur quando p̄dicatum conuerse est terminus cōmunis cui bene potest addi signum. non autem quando est terminus singularis. Ad quintum dicitur. q̄ licet de particularibus ⁊ singularibus non sit idem iudiciū quantū ad oppositionē. est tn̄ idē iudiciū quantū ad q̄uersionē.

Sequitur de ppositōne ypothetica. Propositio ypotetica ē illa que habet duas categoricas ppōnes tanq̄ p̄incipales partes sui. vt si homo currit hō mouetur. Et dicitur ypothetica ab ypos quod ē sub ⁊ thesis quod ē positio quasi suppositio siue suppositiua locutio: quia vna ps eius supponitur alteri. Propositionum ypotheticarū: alia ꝯditionalis: alia copulatiua: alia disiunctiua.

Postq̄ superius determinatum est de propositione categorica que est simplex enunciatio. ⁊ de qua principaliter in hoc tractatu intenditur. hic consequenter autor determinat de propositione ypothetica que componitur ex pluribus categoricis. ⁊ sequitur categoricam sicut compositum sua componēta. ꝯz sic diffiniēs. Propositio ypothetica est illa q̄

habet duas cathegoricas cõiunctas per aliquam cõiunctõnem vel p aliquod sibi equivalens.

¶ Pro quo sciẽdum est primo q in hac diffinitõne p hoc relatiuũ illa intelligitur genus diffiniti. s. ppõ que habet modum genens respectu ypothetice. ⁊ residuũ ponitur ad dñam ppõnis cathegorice. ¶ Vñ ponit que habet duas cathegoricas. ad explicandũ materiam ppõnis ypothetice. due eñ cathegorice materialiter componũt ypothetică. ¶ Et ponitur cõiunctas. ad ostẽdẽdũ suam formã totius que est esse cõiunctũ duarum cathegoricarũ inter se. ¶ Et ponit per aliquam cõiunctõnem. ppter formaz ptis ypothetice. Sicut eñ in cathegorica subiectum ⁊ p̃dicatum sunt materia. ⁊ copula est forma partis. ⁊ esse vnitũ subiecti ⁊ predicati ẽ forma totius: sic in ypothetica due cathegorice sũt materia. ⁊ cõiunctio ipas vniens ẽ forma ptis. ⁊ esse vnitũ iparũ ẽ omnino forma totiꝰ.

¶ Secundo sciendum ẽ q propositões ypothetice pñt dici affirmatiue vl negatiue. ꝗa vt dictum ẽ habẽt copulã principalem. ⁊ si illa ponat cum negatione: dicũt negatiue. ⁊ si sine negatõne: dicũtur affirmatiue. ⁊ sic possunt dici quales ꝫ nõ quáte. cuius ratio est. quia quantitas ppõnis se tenet ex parte subiecti ppõnis. ꝫ subiectum non ẽ pars principalis ppõis ypothetice: sed tm̃ modo remota. ⁊ a partibus remotis non debet fieri denoiatio rei. iõ ypothetice nõ dicuntur alicuius quãtitatis.

¶ Tertio sciẽdum ẽ q predicta diffinitio potest dici quidditatiua fm modum ratio est. quia explicat naturã ppõnis ypothetice p genus ⁊ differẽtiam hoc ẽ per materiam ⁊ formã eius. ideo ostendit principia eẽntialia diffiniti ⁊ essentiã eius co mõ quo habet eẽntiam. ⁊ per ipam habeẽ sufficieter quid ẽ ppõ ypothetica. ¶ Et dicitur ypothetica ab ypos quod ẽ sub. ⁊ thesis positio. q̃ si suppositiua locutio. ꝗa i ipa vna cathegorica ẽ in potẽtia ad aliã. Vnde ꝑma se habz quodãmodo in potẽtia ad secundã. ideo aliquo modo sibi supponit.

¶ Quarto sciẽdum ẽ q propositio ypothetica diuiditur p conditõnalem. copulatiuam, ⁊ disiũctiuam. que dicunt species eius fm modum. que diuisio sic probat: quia in oñi ppõne ypothetica cõiunguntur due cathegorice: vel ergo cõiungũtur fm voces tm̃: ⁊ sic est disiunctiua. vel fm voces et significata simul: ⁊ hoc dupliciter. quia vl illa significata denotãtur continere seinuicem sicut antecedens continet ꝯsequẽs ⁊ copulãtur p modum vnius. ⁊ sic est cõditionalis. vl copulãtur p modum diuersoz: ⁊ sic est copulatiua. ⁊ p b̃ patet q in conditõali in q̃ vniũtur due cathegorice p modum antecedẽtis ⁊ cõsequẽtis. ⁊ p modum vnius magis vniuntur cathegorice q̃ in alijs vbi vniunt p modum diuersoz. ⁊ adhuc magis in copulatiua q̃ i disiunctiua. ideo conditõnalis p̃cedit copulatiuã. ⁊ copulatiua disiunctiuam.

¶ Sed contra p̃dicta arguitur Primo sic. idem ẽ propositio ⁊ ppõ vna. sicut habet pbs. idem ẽ homo ⁊ vnus homo. sed ypothetica non est ppõ vna. igitur nec ẽ propositio. ⁊ p cõsequens male ponit ppõ eẽ genus eius. ¶ Secũdo sic. ex duobus actu existentibus non potest fieri vnũ tertium. ꝫ due cathegorice due sunt ppõnes in actu. igitur ypothetica non fit ex duabus cathegoricis. ¶ Tertio sic. hec ẽ ypothetica. sortes q̃ currit mouet. ⁊ tamẽ ibi nõ ẽ cõiunctio vniens ipsas cathegoricas. igitur contra diffinitionez ypothetice. ¶ Quarto arguit sic. aliqua est ypothetica causalis vt hec. ꝗa sol lucet dies est. ⁊ aliqua est tpalis. vt quãdo sol lucet dies est. ⁊ aliqua local'. vt sortes currit vbi plato disputat. ⁊ tamẽ ille species nõ ponunt in diuisione ppõnis ypothetice. igit diuisio ñ est bona. ¶ Quinto sic. eadem ẽ copulatia ⁊ disiunctiua. vt sortes currit ⁊ plato vel robertus disputat. igit mẽbra illius diuisiõis coincidũt. igit diuisio est insufficiẽs.

¶ Ad argumẽta añ oppo. Ad primũ dr q ꝛz ypothetica ñ sit vna simpliciter: est tamẽ vna cõiunctõne. quia capit vnitatẽ a cõiunctione vniente ipsas cathegoricas. Ad secundũ vo dicit. q ꝛz ex duobus existentib actu vt actu sũt nõ fiat vnũ tertiũ: tamẽ ex ipsis inq̃tum vnũ est in potẽtia respectu alterius bene fit vnum tertiũ actu. ꝫ in ypothetica vna cathegorica bene est in potentia ad aliã. ¶ Est tamẽ cathegorica fm ꝑpriũ eius actũ qui est vnio predicati ⁊ subiecti in ypothetica. tamẽ ille actus ꝑpriꝰ non ẽ sibi vnimus

actus: & ipa est sub'actu totius ypothetice. io non dicit ibi esse sub actu proprio. nec manet ibi sub forma ppria tāq; sub vltima forma. q̄a forma eius se habet p modum potētie ad formā totius ypothetice. ¶ Ad tertiū dicit q; in illa ppōne nō ē cōiunctio erpliate licet sit implicite. & implicat in hoc relatiuo q: qđ tantū valet sicut & ille. io sens? ē. sortes currit q̄ mouetur. i. sortes currit & ille mouet. Et si similiter diceret de istis. sortes ē tantus quāt' est plato. & hector ē talis qualis est Paris.

¶ Ad quartū dicit q; ille spēs ypothetice continentur sub istis tribus tāq; sibi inferiores. io non debuerūt ꝑ ipas enūerari. vnde causalis ꝓtinetur sub conditionali. & temporalis & localis sub copulatiua. quia cum dicit. sortes currit q̄n plato disputat. sensus est. sortes currit in aliquo tpe & in eodem plato disputat. & similiter cum dicit. sortes currit vbi plato disputat. sens? ē. sortes currit i aliquo loco & i eodē plato disputat. & sic vtraq; resoluitur i copulatiuam. ¶ Ad quintū dicit q; ly eadē ypothetica sit materialiter copulatiua & disiūctiua non tamē est eadē formaliter. q̄a ꝑm q; ipsa possunt capi diuerse cōiunctiones ꝑ copulā ꝓncipali sic ē diuersarū spēcierum. vt in ista. Sortes currit & plato vel robertus disputat. si est copula ꝓncipalis: ē copulatiua. & si vel est copula ꝓncipalis: ē disiunctiua.

¶ Conditionalis ē illa in q̄ ꝓiūgunt due cathegorice ꝑ hāc cōiūctionē si. vt si sortes currit sortes mouet. Et illa cathegorica cui immediate ꝓponitur illa cōiunctio si dicit ans: reliqua vero ꝓsequēs. ¶ Ad veritatē conditionalis exigit q; ans nō possit eē verum sine ꝓnte. vt si homo est: animal ē. Vnde omnis conditionalis vera ē necessaria. & oīs falsa ē impossibilis. ¶ Ad falsitatem cōditionalis sufficit q; ans possit esse verū ꝓnte existente falso. vt si homo est albus est.

¶ Post q̄ autor posuit diffinitionem ꝓpositionis ypothetice & eius diuisiones. Dic cōsequēter determinat de mēbris eius. Et quia conditionalis ꝓfectior est oībus alijs. q; in ipa vniuntur due cathegorice ꝑ modum ancedentis & cōntis. in alijs autē solum vniūtur ꝑ modū diuersarū ꝓpositionū. ideo ꝓus determinaut de ꝓditionali q̄ de alijs: ipam sic diffiniēs. Conditionalis est illa in qua cōiūgūtur due cathegorice ꝑ hanc cōiunctionem si.

¶ Pro quo primo sciendum ē. q; talis ꝓpō dicitur conditionalis. quia petit veritatem sue consequētis ꝓditionaliter tm & non absolute. Vnde ponit suam veritatē sub illa conditione si ancedens ē verum denotando consecutionem vnius ꝓpositionis ad aliam. & q̄a ista coniunctio si denotat cōsecutionem & anteceſſionē vnius ꝓpositionis ad aliam. ideo i ꝓditionali due cathegorice conueniunt cōiūgunt ꝑ hanc cōiunctionem si. vel ꝑ aliam sibi equalem. Et quo patet q; ad ꝓfectam rationem conditionalis sufficit q; vna ꝓpō denotetur seq; ad aliam. & hoc fit in ꝓpōne causali vbi denotat q; ans ē causa ꝓsequētis & infert ipm. vt hic. quia sol lucet dies est. ideo causalis est vna spēs contēta sub conditionali. sed vltra rōnem conditionalis addit causalitatē sui antecedēs respectu ꝓntis: ratione cuius plus requiritur ad veritatem eius q̄ ad veritatem conditionalis.

¶ Secūdo sciendū ē. q; ad veritatem conditionalis requiritur q; ans nō possit esse verum sine ꝓnte. hoc est sine veritate sui ꝓntis. Cuius ratio ē. quia conditionalis vera importat consequētiam necessariam. sed in omni bona cōsequētia si ans eius sit verū: cōsequēs eius ent verum. quia ꝓns actu & itellectu includitur in antecedēte. rōne cuius ex vero non seq̄tur nisi verum. ideo in conditionali si ans eius est verum: ꝓns ei? ent verus.

¶ Tertio sciendū est q; ad falsitatem conditionalis req̄ritur q; antecedēs possit esse verum sine ꝓnte. ratio est. quia conditionalis denotat consequētiam vnius ꝓpōis ad aliam. Sed ad hoc q; sit mala consequētia oportet q; antecedens possit esse verū cōsequente eiusdem existente falso nisi sit repugnantia terminoꝝ antecedentis: eo q; in tali consequentia consequēs non includitur i antecedente. Ideo ꝓpter habitudinem antecedentis & consequentis non repugnat antece-

dens esse verum sine cõsequẽte. Unde in cõ ditionali illa ꝓpositio cum immediate iungitur hec coniunctio si dicit antecedẽs. alia vero consequens. Ex ꝓdictis patet. q̃ omnis conditõnalis vera est necessaria. quia dic̃ necessariam consequẽtiam vnius ꝓpõis ad aliam quod requirit ad veritatem eius. sed omnis falsa est impossibilis. q̃ ipa dicit cõsequẽtiam vnius ꝓpositionis ad aliam: ⁊ illa consequentia ꝓ nullo tempe est necessaria sine sit ibi habitudo contingẽs siue impossibilis. ideo est ꝓ omni tempore falsa: ⁊ sic est impossibilis.

¶ Quarto sciendũ ẽ q̃ a tota cõditionali duobus modis arguitur. Uno mõ a positõne antecedentis ad positõnem consequentis: vt hic. si sortes currit sortes mouetur. sed sortes currit ergo sortes mouet. Secũdo modo a destructõne cõsequẽtis ad destructõnem antecedentis. vt si sortes currit: sortes mouetur. ergo si non mouetur nõ currit. Et tales sylogismi dicunt̃ ypothetici. Possz etiam argui per alias regulas consequẽtiarũ vt per istam. Quicquid sequitur ad cõsequns bone consequẽtie seq̃tur ad antecedens eius Et p istam. Quicquid ad antecedens antecedit: ad consequens. ⁊ ratio est. quia conditionalis est quedam ꝓpõa vt dictum est.

¶ Sed contra ꝓdicta arguitur ꝓmo sic. Hec est conditionalis. si homo esset asinus esset rudibilis. ⁊ tamẽ ibi non cõiũguntur due cathegorice sed due oratões cõiunctiue. igitur male diffinitur ꝓpositio cõditionalis. ¶ Secundo sic. Hec est conditionalis. sortes currit: igitur mouetur. cuz sit ꝓpothetica ⁊ non sit copulatiua nec disiuncti ua. ⁊ tamẽ ibi non coniungũtur due cathegorice p hanc cõiunctõm si. ergo contra diffinitõnem. ¶ Tertio sic. In ista. si homo est asinus equus currit. antecedens non potest esse verum sine consequẽte. quia illud antecedens nullo modo potest esse verũ. ⁊ tamen ñ ẽ vera cõditõnalis. ergo ad veritatem conditionalis non sufficit q̃ antecedens nõ possit esse verum sine cõsequente. ¶ Quarto sic. Hec conditionalis est vera. Si sortes currit: sortes mouet̃. ⁊ tamẽ non est necessaria: cuz vtraq; pars sit contingẽs. ergo non oñis cõditionalis vera est necessaria. ¶ Quinto sic In ista ẽ falsa. si homo currit homo est albus. ⁊ tamẽ potest esse vera supposito q̃ oñe currens sit albuz. igitur non omnis falsa est impossibilis.

Ad argumenta ante oppositа.

¶ Secundo sciendū est ꝙ tertia ꝓprietas substantie ponitur ꝙ omnis substantia p̄ma significat hoc aliquid. i. indiuiduum ⁊ vnum numero. Cuius ratio est. quia hoc aliquid est indiuiduum subsistens in spē completum. ꝫ omnis substantia p̄ma significat indiuiduum subsistens: cum omnis substantia particularis sit per se subsistens ⁊ etiā importat aliq̄d ꝯpletū in specie aliter nō esset p̄ma subā que directe ponitur sub spē. ideo oīs p̄ma substantia, significat hoc aliq̄d. ⁊ ad ratio nem huius ꝙ ē hoc aliq̄d tria requirunt. Primo req̄rit ꝙ sit indiuiduū q̄re nullū, vl'e significat b̄ aliq̄d. Scđo req̄rit ꝙ subsistet ꝓ se rōe cui' nulla accidētia significāt b̄ aliq̄d. nec etiā secūde subē. q; nō ꝓ se subsistāt ꝫ in primis subsistere eni ē sub suo ꝓpio esse stare. Tertio requirit ꝙ tale indiuiduū sit speciei completū. ⁊ ꝓpter hoc anima rationalis a corpore separata non significat hoc aliquid: quia licet sit indiuiduū subsistens: nō tm̄ est in specie ens cōpletū cū sit pars speciei humane. ⁊ hec tria similiter requiruntur ad suppositū qđ idē dicit sicut hoc aliquid. ⁊ p̄mū istoꝝ trium importatur cum dicitur. hoc enim est ꝓnomē demonstratiuū tantum rei singularis. Tertiū importatur cū dicitur aliquid. aliquid enī dicit proprietatē substantie in specie distinctū. ⁊ secundū ꝓuenit. s. ꝙ sit subsistens ex coniunctione illoꝝ duoꝝ. ⁊ per hoc patet ꝙ prima substantia habet ꝙ significet b̄ a p̄ncipio indiuiduationis ⁊ ꝙ significet aliquid hꝫ a forma speciei quā includit.

¶ Tertio sciendum ē. ꝙ licet secūda substātia nō significet b̄ aliquid eo ꝙ non ē indiuidua ꝫ vl'is. videt tm̄ significare b̄ aliquid ꝓmo, ꝓpter b̄, ꝙ inest essentialit̄ p̄me substantie. ⁊ eadē est realiter cū ipa. Secūdo ꝓpter figurā appellatōis. quia eadē res quandoq; vocat nomine p̄me substātie ⁊ q̄nq; nomine secunde. sicut Socrates q̄nq; vocat sub nomine socratis ⁊ q̄nq; sub nomine hominis sicut per hoc nomē homo quandoq; vocatur homo in communi. quādoq; vero in particulari sub eadē forma vocis que est figura appellationis.

¶ Quarto sciendū est. ꝙ oīs secūda substantia significat quale quid. sicut omnis p̄ma substantia significat hoc aliq̄d. Cuius ratio est. quia quale quid dicit forma substantialis communicabilis multis que inq̄tū forma est dicitur quale ꝑm modum. q; qualificat aliquo modo illud cuius est forma. ⁊ in quātum substantialis est dicitur quid. quiddi tas enim proprie substantiam importat. ꝫ omnis secunda substantia importat formaꝫ substantialē cōmunē multis. ideo quelibet significat quale quid. ⁊ ꝓ b̄ patet de genere quod importat essentiā qualificabilē per differētias eius ⁊ rōe essentie dicit quid: ⁊ rōne eius qđ qualificabile ē dicit quale. ⁊ similiter differentia dicit ēntiam qualificantem. species vero

qualificataz p dr̃iaz. ⁊ pb̃ patẽt secũda ⁊ tertia ꝓperates substantie.

¶ Sed cõtra p̃dicta arguit̃ ꝓmo sic. Prima substãtia p̃dicatur vnuoce de seip̃a. qz nõ p̃dicat̃ eq̃uoce nec denominatiue ergo nõ ẽ ꝓpr̃iũ oĩbus secũdis substãtijs vni uoce p̃dicari de p̃mis. ¶ Secũdo sic. Differẽtia subẽ nõ hz genus ⁊ dr̃iaz: qz dr̃ie nõ ẽ differentia. ergo nõ hz rationẽ. ergo nõ p̃dicat̃ nomine ⁊ ratione de primis substantijs.

¶ Tertio sic. Idem non significat seip̃m. ꝫ substantia prima est hoc aliquid. ergo non significat b̃ aliquid. ¶ Quarto sic. Hoc albũ significat b̃ aliquid. ⁊ tamẽ nõ est p̃ma substantia ergo significare b̃ aliquid nõ est ꝓpr̃ium prime substantie. antecedens patet p̃mo ꝙ significet b̃ ꝓbatur. quia ẽ indiuiduum ⁊ ꝙ significet aliquid ꝓbatur. quia nihil ẽ quod nõ significet aliquid vel nihil. ꝫ non significat nihil. ergo significat aliquid. ¶ Quinto sic. Idem significat̃ ꝑ p̃mã subaz ⁊ secundã. ꝫ p̃ma substãtia significat b̃ aliq̃d. igit̃ ⁊ etiã secũda. et sic nõ solũ significat q̃le q̃d.

¶ Ad argumẽta ante oppo. Ad p̃mum dicitur ꝙ licet p̃dicatiõ ẽ impropria substantia prima ꝓdicetur de seip̃a: non tamen p̃dicatione ꝓpria. quia in predicatione propria denotat̃ p̃dicatum esse in subiecto. ꝫ idez totaliter nõ est ꝓpr̃ie in seip̃o. ideo idẽ non p̃dicatur p̃dicatione ꝓpr̃ie dicta de seip̃o. ideo vt b̃ dicitur ab aristotele a p̃ma substãtia nulla est p̃dicatio. ¶ Ad secundum dicitur ꝙ hz differentia nõ habeat ꝓpr̃ie diffinitionem: tñ bene est essentialiter in diffinitione p̃me substantie. ⁊ b̃ sufficit ad predicandum vnuoce de ipa. ¶ Ad tertium dicit̃ ꝙ licet p̃ma subaz capta ꝑ re subiecta intentioni sit hoc aliq̃d ⁊ nõ significet b̃ aliquid tamen ſpa accepta ꝑ intentione concreta rei bene significat hoc aliquid. ⁊ sic ꝓsideratur a logyco qui considerat res vt per voces importent̃. ¶ Ad quartum dicitur ꝙ si capiatur aliquid vt quẽritur cumente b̃ albũ significat b̃ aliquid. ꝫ si capiatur ꝓpr̃ie vt dicit quid diratem speciei substãtialis vt capitur in ꝓposito. hoc albũ nõ significat b̃ aliquid. ꝫ bene significat hoc quale: albũ enim solam qualitatem significat. ¶ Ad quintũ dicitur ꝙ licet p̃ma substantia ⁊ secunda dicant idem ꝑm essentiã. b̃ tamen ẽ sub diuersis modis essendi. quia secũda dic̃ illõ sub esse cõi. p̃ma vero sub esse ꝑticulari. ideo non oportet̃ ꝙ si p̃ma significet b̃ aliquid ꝙ etiam secũda cũ isti modi significãdi sumant̃ a diuersis modis essendi.

¶ Item substantie nihil est contrarium: sed hoc non est ꝓpr̃ium substantie: quia nõ conuenit soli substantie sed etiam quantitati ⁊ quibusdam alijs. Item substantia non suscipit magis ⁊ minus. Non enim dico ꝙ vna substantia nõ magis substat q̃ alia sed dico ꝙ vnaqueq̃ substantia scõm esse suum non intenditur neq̃ remittitur: vt album quandoq̃ est magis album quãdoq̃ minus album. Sortes vero nõ est magis homo vno tempore q̃ alio tempore: nec magis homo q̃ plato.

¶ Post q̃ autor posuit tertiã ꝓpr̃etatẽ substãe. b̃ ꝑtr ponit q̃rtã q̃ tal'ẽ ꝙ substãe nihil ẽ ꝓtrũ. Cuius rõ ẽ. qz ꝓtria sũt forme actiue ⁊ passiue substãe eodẽ gñe maxie distãtes q̃ ab eodẽ subiecto mutuo se expellũt actu vel aptitudie. nulla ãt substãa ẽ in subiecto vt dictũ ẽ pus. ꝫ nulle substãe ad inuicẽ ꝓtrian̄t. ⁊ b̃ ꝓpr̃etas nõ ẽ ꝓpr̃a q̃rto mõ ipi substãtie. qz ꝓuenit alijs. s. q̃ntitati, ⁊ q̃ busdã alijs vt postea dicet̃.

¶ Circa quo sciendum est primo ꝙ ꝓtrietas dupl'r accipit̃. Uno mõ gñaliter ꝓut se extẽdit ad ꝓtrietatẽ pfectã ⁊ impfectã: ⁊ isto mõ ꝓtrietas ꝓtinet oppositiõez inter ꝓpriatẽem ⁊ habitũ. ⁊ etiã ꝓtinet sub se repugnãtiã dr̃ianũ q̃ ecõtrario diuidũt aliq̃d genus. ⁊ aliquo mõ tales dr̃ie dicunt̃ ꝓtrie ꝑm ꝙ dz ꝙ in vnoquoq̃ gñe ẽ vna p̃ma ꝓtrietas. s. repugnãtia differentiaz q̃ immediate diuidũt ipm genus. Alio mõ capit̃ ꝓtrietas solum ꝑ contrarietate ꝑfecta que est repugnantia formarum actuaz ⁊ passiuarum eiusdem generis que mutuo se expellunt ab eodem subiecto. ⁊ talis ꝓtrietas solum reperitur inter qualitates de tertia ſpẽ qualitatis.

¶ Secundo sciendum est. ꝙ

si suba capiat gñaliter ꝑ omni illo qđ ponit ꝑ se vl' reductiue in genere sube siue ponatur vt suba ꝯpleta in recta linea ꝓdicamẽtali: vt genus spẽs vl' indiuiduũ: siue ponat reductiue tã ꝑ principiũ diuisiuũ gñis ⁊ ꝯstituiuũ speciei vt sunt dñie: siue ponat vt principia spẽy đ tali gñe vt matia ⁊ forma: siue ponat vt via ad terminũ vt gñatio ⁊ corruptio. siue vt negatio vl' ꝓuatio aliquoy de tali gñe. tũc hoc mõ in suba bñ repit ꝯnetas imꝑfecta. qz ibi repit repugnãtia oppositay driay q̃ imperfecte ꝯniant. etiã ibi repit oppositio formaꝝ ꝓuationis ⁊ ꝯnetas formay naturaliũ q̃ aliquo mõ se expellũt ab eodẽ subiecto. ⁊ etiã gñatio ⁊ corruptio aliquo mõ ꝯniant imꝑfecte: ꝫ si capiat spãliter suba ꝑ suba ꝯpleta solum q̃ est suba ꝑfecta essentiã ⁊ modũ eẽndi. ⁊ ponit in recta linea ꝓdicamẽtali sic in suba nõ repit ꝯnetas nec ꝑfecta nec imperfecta. ⁊ qz b mõ hic accipit. ideo bñ đz simplicit ꝙ substantie nihil est ꝯnũ eo ꝙ nulla talis suba ẽ in subiecto. ⁊ per b patet intellectus huy ꝑpetatis ⁊ quomõ est ꝑpria substantie.

Tertio sciendũ est ꝙ quinta ꝑ petas sube ponit. s. ꝙ suba nõ suscipit magis ⁊ minus. Cuius rõ ẽ. quia suscipe magis ⁊ minus ẽ aliqđ intendi ⁊ remitti ꝑm suũ ee ẽntiale ꝑpriũ. ꝫ substantia nõ intẽditur nec remittitur ꝑm suum ꝑpriũ ee ẽntiale. quia ee ẽntiale substantie solum simul acquirit ⁊ cõsistit in indiuisibili. ideo substantia nõ suscipit magis ⁊ minus. ⁊ lz vna substantia q̃tuz ad ee accidentale eius. s. q̃tum ad actum substãdi aliis dicatur magis substantia q̃ alia vt ꝑ ma ẽ magis substantia q̃ secũda tñ q̃tuz ad suum ꝑpriũ ee quod est ee ꝑ se vna non dicitur magis substantia q̃ alia. ideo nõ intendit nec remittit ꝑm suum ꝑpriũ ee. neq; suscipit magis neq; minus.

Quarto sciendũ est ꝙ intendi ẽ aliquid successiue perfici in suo ꝑprio ee. vt cum aliquid est album ⁊ efficitur albius: illa albedo perficitur in suo ꝑprio esse. ⁊ talꝫ augmentatio perfectionis vocatur intentio. quia ibi forma tendit ab esse imperfecto in suum ee completum: ⁊ econtra remitti est aliquid imꝑfici in suo ee. ⁊ dicatur illa imperfectio remissio quasi formę missio retro suum ee perfectiꝫ vl' iterata missio ad suum ee incompletũ ⁊ imperfectum, duplicat aliqđ ꝓ suscipere intẽtionem ⁊ remissionem ⁊ remissionẽ. vno mõ ꝑm maiorẽ ⁊ minorẽ reꝑmutationẽ cũ suo ꝯno vt aliqđ đz ee albius qđ ẽ nigro impermixtius. vl' đz minus albũ ꝑm ꝙ e t nigro plus permixtũ. Alio modo fit intẽtio ⁊ remissio ꝑm maiorẽ ⁊ minorẽ radicationẽ formę in subiecto q̃ qdẽ radicatio sequitur actionem contrariorũ q̃ magis ⁊ minus disponunt subiectũ ad susceptionẽ talis forme. ⁊ quia suba nõ ẽ in subiecto neq; ꝫ ꝯnum vt ꝓus dictum est. ideo nullo istoꝝ modoꝝ potest suscipere intentionem ⁊ remissionem siue magis ⁊ minus capiendo substãtiã ꝑ substantia completa vt in ꝑpetate ꝓcedenti. ⁊ est hec ꝑpetas eodẽ mõ ꝑpa substantie sicut ⁊ ꝓcedens.

Sed contra ꝓdictã arguit sꝑ mo sic. Ignis ⁊ aq̃ ꝯniantur ⁊ tñ sunt substãtie. ergo substantie aliquid est ꝯnium. Secundo sic. Omne quod corrũpit a suo ꝯrio corrumpit. ꝫ multe substantie corrũpunt ergo suba ꝫ ꝯnũ. Tertio sic. Elementa vt ignis ⁊ aq̃ sunt sube ⁊ tñ in mixto intẽdunt ⁊ remittunt. ergo suba suscipit magis ⁊ minus. Quarto sic. Rõale ẽ suba ⁊ tñ suscipit magis ⁊ minus. qz aliq̃ hoies dicunt magis rõnales alijs. Quinto sic. Ignis lux ẽ magis substãna ꝙ ignis flãma. ⁊ ignis flãma: ꝙ ignis carbo. g cũ ignis sit suba cõpleta sequitur ꝙ suba suscipit magis ⁊ minus.

Ad argumenta añ oppo. Ad ꝑ mum dicitur ꝙ ignis ⁊ aqua ꝑm accidens ꝯniantur. s. ꝑm suas qualitates que sunt calidũ ⁊ frigidum humidum ⁊ siccum. tamen non ꝯniantur per se ꝑm suas formas substantiales ⁊ de ꝯnetate per se solũ est b ad ꝓpositũ.

Ad secundũ đz ꝙ omne qđ corrũpit: corrũpitur a suo ꝯno ꝑ se vel ꝑ accidẽs. ꝫ nõ oportet oẽ qđ corrũpit hñre ꝯnũ. nã suba q̃ corrumpit corrũpit ab aliq̃ q̃litate. Ad tertiũ đz ꝙ lz elemẽta in mixto ꝑm suas q̃litates intẽdãt ⁊ remittant nõ tñ ꝑm suũ ꝑpũ ee subale: nõ non suscipiũt magis ⁊ minꝰ. Ad q̃tũ đz ꝙ rõnale capit dupliciter. vno mõ q̃tũ ad formã quã unusquisq; portat ꝑm se: ⁊ sic non suscipit magis ⁊ minus. Alio mõ capit vtẽ ꝓncipiũ opationis rõnis. ⁊ adhuc dupliciter. Uno mõ ex parte ipius forme: ⁊ sic iterum non suscipit magis ⁊ minus. Alio modo ex parte materie que ꝑm magis ⁊ minus potest esse disposita ad talem opationem rationis, ⁊ sic ex parte materie tũm rationale

ꝑtum ad opationes eius suscipit magꝫ ꝫ mi nus: ꝫ hoc ē ꝑm sua accidẽtia. ꝫ ꝑm ꝓpꝛium esse nõ suscipit intẽtionẽ nec remissionem.

Adquintũ dicitur ꝙ ignis lux ꝑtum ad cẽ substantiale nõ ē magꝫ ignis ꝙ ignis flãma: ꝫ solũ ꝑtũ ad esse accidẽtale: vt sunt claritas luciditas. ꝫ sic de alijs. iõ ꝑm snũ ꝓpꝛium esse non suscipit magis ꝫ minus.

Item ꝓpꝛie ꝓpꝛium ē substãtie cũ sit vna ꝫ eadẽ numero ꝑm sui mutatõem esse susceptibilez ꝯrarioꝝ. vt idẽ hõ aliqñ ē albꝰ aliquãdo niger. aliqñ calidus. aliquãdo frigidꝰ. aliqñ ꝓbus aliqñ studiosus. Necꝫ ē instan tia de oꝛõne quãdo licet hec ea dem oꝛo. sortes sedet aliquãdo ē vera: aliquãdo falsa: tñ hoc ñ est ꝑm sui mutatõez: sed ꝑm mu tationẽ rei. vt qꝛ sortes sedet vl cumit. Et iõ nota ꝙ veꝝ et fal sum sunt in rebus vt in subiecto ꝫ sunt in oꝛone vt in signo. Und eq̃uocatur modus cẽndi in: cũ dꝛ verũ ꝫ falsũ ẽe in rebꝰ et i oꝛo ne. Similit eq̃uocat susceptibi le: cũ dicit. res est susceptibilis veri ꝫ falsi. ꝫ oꝛo ē susceptibilis veri ꝫ falsi sicut eq̃uocat susscep tibile cũ dicit. vꝛina ē susceptibi lis sanitatis. ꝫ aial ē susceptibi le sanitatis. Hec em̃ suscipit sa nitatẽ: qꝛ significat eã. illud vo qꝛ est subiectum eius. ꝫ ita hoc ꝓpꝛium non cõuenit oꝛatõi: sz soli substãtie.

Postꝙ auto: posuit q̃ntã ꝓpetatẽ sbe. b ꝓñr ponit sextã ꝫ vltimã dicẽs ꝙ marie ꝓpꝛiꝰ est substãtie cũ sit vna ꝫ eadẽ nũero ꝑm sui muta tionẽ esse susceptibilẽ ꝯnoꝝ. Cuiꝰ rõ ē. quia oia ꝯnia sunt forme accidẽtales: cũ sba ñ ha beat ꝯnium vt dictũ ē. ꝫ oia accidẽtia sunt in sba sicut i subiecto. ꝫ etiã ꝯnia fiũt circa idem subiectũ i numero a quo mutuo se expellunt vt pꝛ ꝑ ipoꝝ diffinitioꝛ. ꝯ substantia vna ma nẽs ꝫ eadẽ numero ẽ susceptibil ꝯnoꝝ. sic idẽ hõ ē q̃ñq̃ albꝰ. q̃ñq̃ niger. q̃ñq̃ calidꝰ. q̃ñq̃ frigidus. ꝫ sic de alijs.

Sꝛo quo sciendũ est ꝓmo. ꝙ ꝯnia nõ ꝑñt recipi i eodẽ subiecto nũero si ne aliq̃ sui mutatõe. iõ sba nõ põt sine aliqua sui mutatõe suscipe ꝯnia. talꝫ aũt mutatio non ē ipoꝝ ꝯnoꝝ tã ꝙ subiecti qꝺ mutat: cuꝝ illa ꝯnia sint ẽmmi mutatõis. iõ talꝫ mutatio est sbe tã ꝙ subiecti. q̃ q̃ dẽ i sba manet eadez sub vtroq̃ ꝯnoꝝ. iõ i hac ꝓpetate bñ ꝛꝛ ꝙ sba ꝑm sui mutatõem ē susceptiua ꝯnoꝝ. Et licz sba ꝑm suũ esse substãtiale nõ mutet ꝫ mane at sub vtroq̃ ꝯnoꝝ. tñ mutat ꝑm suũ ee acci dentale quod capit ab ipis cõtrarijs.

Secundo sciendum est. ꝙ ista ꝓpetas ꝙuenit oibus substãtijs tã ꝓmis ꝙ secũdis lz diuſimode. q: ꝓme sbe sunt ꝑ se susceptiue ꝯnoꝝ. ꝫ secũda sba ex ꝯñtu suſci pit ꝯnia ꝑ hoc ꝙ hz esse in ꝓmis. ꝑ hoc cñ ꝙ sortes est albꝰ vel niger: hõ ex ꝯñtu ē albꝰ vel niger. ꝫ siliter corꝓꝰ vel sba. ꝫ sic secũda sub stãtia manẽs eadẽ numero cũ ꝓma sba ē su sceptibilis ꝯnoꝝ: lz ex ꝯñtu. ꝫ sic ista ꝓpetas ꝙuenit oi sbe ꝫ etiã ꝙuenit soli. qꝛ nulla q̃ntitas manẽs eadẽ numero ē ꝓpꝛium susceptibi le ꝯnoꝝ. sicut eadẽ linea in numero nõ fit cur ua ꝫ recta. siliter etiã nec eadẽ q̃litas suscipit ꝯnia nec eadẽ actio. eadẽ ei actio i nũero ñ ꝑt ee bõa ꝫ mala. ꝫ sicꝺ alijs accidẽtibus. ꝫ sic ista ꝓpetas ꝙuenit omi sbe ꝫ soli ꝫ etiã sem per ꝑm aptitudinẽ. ꝫ sic ē sibi ꝓpꝛia q̃rto mõ.

Tertio sciẽdum est. ꝙ licet ea dem oꝛo sit q̃ñq̃ vera q̃ñq̃ falsa. ꝫ ꝑ hoc vi deat manẽs vna nũero esse susceptiua ꝯno rũ: tñ sibi nõ ꝙuenit hec ꝓpetas ꝓpter duas rõnes. Prima ē qꝛ ipa no suscipit ꝯnia. s. veꝝ ꝫ falsum ꝑm sui mutatõem. ꝫ ꝑm mutatõem rei significate. vñ veritas oꝛois ē adequatio eius ad rem significatã ꝫ falsitas inadeq̃tio. Sed talis adequatio vl inadeq̃tio mutat ꝑ mutatõem significati ꝓpꝛis ꝫ nõ ꝑ muta tionẽ oꝛonis. sicut hec oꝛo, iacobꝰ sedet iaco

bo sedēte est vera: ipo vo non sedēte ē falsa p̄ mutatiōem rei. Secūda ratio est. quia oīo nō ē suscepti ua veri vel falsi p̄ modū subiecti ꝫ tm̄ p̄ modū signi. ⁊ i illa p̄prietate intelligitur q̄ substātia nō est susceptibil' ꝓtrarioꝝ tā q̄ subiectū ipoꝝ. ideo oratio non est susceptibilis ꝓtrarioꝝ vt̄ capitur susceptibile.

Quarto sciēdū ē q̄ verum et falsū solū sūt in oīoe. vt in signo ꝫm q̄ oīo ē signū adequatū vel inadequatū cōpositiōis extremoꝝ que est ex p̄te rei ⁊ in intellectu tā q̄ in cognoscēte. ⁊ sunt in rebus tā q̄ in subiecto. cuius cā est. q: veritas est vera rei entitas ⁊ est passio entis. ꝫ passiones entis sunt i rebus vt in subiecto cuius etiā signū est. quia si null' intelligat significatū hui' oīonis. sor tes sedet. ⁊ nō intelligēs p̄ferat: illa p̄positio erit vera sorte sedēte. ⁊ talis veritas nō ē in p̄pōne vt in subiecto. ergo relinq̄tur q̄ sit in rebus. ⁊ p̄ hoc p̄z q̄ verū ⁊ falsum diuersimode sunt in rebus ⁊ in oīone. iō equocatur modus essendi in: cum dr̄ esse in vtroq̄ illorū. ⁊ etiā susceptibile. cū dicit' q̄ res est susceptibilis veri vel falsi. ⁊ etiā oīo. q: oīo susceptiua ē solū tā q̄ signū ⁊ res sicut subiectuz. ⁊ p̄ hoc patet intellectus hui' p̄petatis.

Sz ꝯ p̄dicta arguit' ꝑimo sic. Deus est substātia: cum sit ens p̄ se ⁊ tm̄ non ē susceptibilis ꝓtrarioꝝ: cū in illo nullū sit accidens. ḡ nō oīs sb̄a ē susceptibilis ꝓtrarioꝝ.

Secūdo sic. Angeli nō sunt susceptibiles ꝓtrarioꝝ: cum sint forme simplices. ⁊ simlit neq̄ celū q̄d est sepatū ab oībus ꝯtrijs. ergo ista p̄petas nō cōuenit oīi sōe.

Tertio sic. Eadē superficies in numero suscipit albū ⁊ nigrum que sunt ꝓtraria. ḡ nō solū sb̄a ē susceptiua ꝓtrarioꝝ.

Quarto sic. Duo ꝯdictoria n̄ p̄nt verificari ꝛ eodē sine sui mutatiōe. ꝫ vez ⁊ falsū se h̄nt vt ꝯdictoria respectu p̄positiōis. ḡ eadē p̄pō n̄ p̄t ee vera vl' falsa sine sui mutatiōe.

Quīto sic. illd̄ q̄d sp̄ sig̃ficat idē nō q̄nq̄ sig̃ficat verū q̄nq̄ falsū. sed vna oīo sp̄ idē significat. vt hec oīo. petrus sedet semp̄ significat petrū sedentē siue sedeat siue nō. ḡ eadē oīo non fit q̄nq̄ vera q̄nq̄ falsa p̄ mutatiōnem rei.

Ad argumēta ante oppo. Ad p̄mum dr̄ q̄ ly capiēdo substātiam cōiter p̄ ente p̄ se deus sit substātia: tamen si capiatur substātia sp̄aliter solum p̄ substātia yli ⁊ p̄t'cularī vt capitur in p̄posito sic de' nō est substātia.

Ad secūdū dicit' q̄ ly angeli nō suscipiant ꝓtraria realia q̄ sunt q̄litates actiue et passiue. nec etiā celū: tm̄ bñ suscipiūt cōtraria in gñe motus. ꝫ ꝑm eoꝝ naturā variabiles sunt de bono in malū. ⁊ etiā sūt susceptibiles scie ⁊ ignorātie. ⁊ etiā celum suscipit ꝓtraria de gñe situs ⁊ de gñe vbi. vt deorsum sursū. ante ⁊ retro. ⁊ sic de alijs. ⁊ etiā suscipit aliq̄s ꝓtrarietates. vt densum ⁊ rarū.

Ad tertiū dicit' q̄ ly eadē superficies suscipiat ꝓtraria tā q̄ subiectum quo. nō tm̄ suscipit ꝓtraria tā q̄ subiectū q̄d̄ suscipit ipa ⁊ dat ipis entitatiā. ⁊ hoc mō subā ē susceptiua ꝓtrarioꝝ.

Ad q̄rtū dr̄ q̄ si capiat' gñaliter mutatio p̄ q̄cūq̄ variatiōe i aliq̄ forma absoluta vl' respectiua cōtradictoria nō p̄nt verificari de eodē sine sui mutatiōe. ꝫ si capiat' mutatio solū p̄ variatione in aliq̄ forma absoluta: sic ꝓtradictoria bñ verificant' de eodem sine sui mutatiōe. mō vez ⁊ falsum sunt forme respectiue ⁊ nō absolute. iō bñ verificant' de p̄pōe p̄ mutatiōē rei sine mutatiōe oīonis.

Ad q̄ntū dr̄ q̄ ly oīo significet sp̄ idem significatuz. nō tm̄ sp̄ significat ipm̄ adequate. iō nō sp̄ est vera.

Quantitatis aliud ꝓtinuū aliud discretum. Quantitas cōtinua ē cuius ptes copulātur ad eundē terminū cōem. vt ptes linee copulāt' ad pūctū.

Postq̄ auto: determinauit de ꝑmo p̄dicamēto qd̄ est substa. b ꝯnr determinat de p̄dicamētis accidentiū. ⁊ ꝑmo de quātitate. cui' rō est q: p̄dicamenta ordinātur ꝫm q̄ ꝑpinq̄us se hab̄et ad substantiā. ꝫ inter oīa accidētia q̄ntitas immediatius ineſt substātie materiali. ⁊ etiā accidentia insunt subē mediāte q̄ntitate: eo q̄ alia accidētia a quantitate in subā materiali acq̄runtur p̄ motū vl' ꝑmo vl' ex ꝯtri. ꝫ subā materialis nō subijcit motui nisi p̄ q̄titatē. ideo accidentia alia mediāte quātitate in subā acq̄runtur. iō cōuenienter p̄ponit' alijs accidentibus.

Ubi ꝑimo sciendum est q̄ ly quātitas vniuoce dicit' de oībus quātitatibus. q: p̄dicat' de ipis ꝫm vnū nomē ⁊ vnā rōnem que ē q̄ quātitas est mēsura substātie tm̄ q: quātitas nō pōt diffinim̄ q̄dditatiue ⁊ a p̄ori etiā nō posset dari diffinitio de ipa qua distincte nōticaret' q̄tū ad diuersos modos

q̄bus mēſurat ſubam. ¶Illi modi ꝓ̄t diſtincte notificari p diuiſionē. ro quātitas ꝙuemēter diuidit ante q̄ diffiniat. vñ ſi diffiniret in cōi talis diffinitio parū notificaret quātitatē ⁊ ipa magis notificat a poſteriori p diuiſiōz ſicut etiā alia ḡnaliſſima q̄nq; magis notificāt ⁊ facilius p diuiſiōem q̄ per diffinitiōnem. qz magis diſtincte cognoſcunt ſm ſuas ſpēs.

¶ Secundo ſciendū eſt q ̄ qn titas in tertiū diuiditur ſic. Quātitatis aliud ꝓtinuū aliud diſcretū. Cuius diuiſiōis rō eſt qz oīs quātitas ē menſura ſubē. vel ergo mēſurat ipam ſm q ̄ hz partes ſeparatas ⁊ diſcretas admicē: ⁊ ſic eſt diſcreta. vl' ſm q ̄ habz partes cōtinuas ⁊ cōiunctas inter ſe: ⁊ ſic eſt quātitas cotinua. ¶ñ in quantitate diſcreta partes nō copulant ad aliquē terminū cōez ſ ſunt admicem diſcrete ⁊ ſeparate. ⁊ in q̄ntate ꝓtinua partes copulāt ad aliquē tminū cōem q ̄ ē ꝓncipiū vn' partis ⁊ fins alterius Et in hac diuiſiōe dz quātitatis in ſingulari numero ⁊ non q̄ntitatū. ad denotādū ſeu oſtendendū vnitatē gn̄is quātitatis. ⁊ ponit aliud ⁊ nō alia. ad oñdenduz q ̄ iſta diuiſio ñ eſt diuiſio gn̄is in ſuas ſpēs ſpāliſſimas: ſ i gn̄a ſubalterna. vñ ſenſus ē. genens quātitatis aliud cōtinuū aliud diſcretū. ⁊ magis dz aliud q̄ alterū. ad oñdendū diuerſitatē eēntialem quantitatis ꝓtinue ⁊ diſcrete.

¶ Tertio ſciēdum eſt q ̄ due ſpecies. ſ. ꝓtinuū ⁊ diſcretū p̄nt dupl'r cōſiderari Uno mō cōparādo eas ad quātitatē i cōi. ⁊ hoc mō vna nō eſt pōr altera: ſ q̄ntitas eque primo ⁊ vniuoce dz de ipis. Alio mō cōparādo eas int' ſe ⁊ hoc dupl'r. quia ſic p̄nt vno mō inter ſe cōparari ſm viā nr̄e cognitōis ⁊ quo ad nos. ⁊ ſic quātitas cōtinua p̄cedit. qz p diuiſionē cōtinui cauſat' quodāmodo numer' ⁊ cognoſcit' a nobis q̄ eſt quātitas diſcreta. Alio mō cōparant' ſm ordinez nature ⁊ ſimplicitatis. ⁊ hoc mō diſcreta p̄cedit ꝓtinuam qz vnitas que ē ꝓncipiū diſcrete pōr ē ſimpl'r pūcto q ̄ ē ꝓncipiū quātitat] ꝓtinue eo q ̄ vnitas non hz poſitōem in cōtinuo ſicut hz punctus. ⁊ per hoc pz ordo illarū ſpērum.

¶ Quarto ſciendum eſt q ̄ i diuiſione quātitatis autor enumerat cōtinuuz ante diſcretū. ⁊ determinādo de ipis p̄epōit q̄ntitatē diſcretā cōtinue. ⁊ b̄ facit ad oñdendum duplicez ordinē illaꝝ ſpēꝝ int' ſe. per b̄ em̄ q ̄ in diuiſione cōtinuū ꝓponit' diſcreto oſtendit' hanc ſpēm ordinatio ſm ordinez nr̄e cognitōis ⁊ quo ad nos: ſ determinando de ipō diſcretū ꝓpōit' ꝓtinuo ad oñendū ordinē illarū ſpēꝝ ſm ordinē nature. ⁊ per hoc pz ordo quātitatis int' alia p̄dicamēta. ⁊ quare prius diuidit' q̄ diffiniat. ⁊ declaratio ſue diuiſionis ⁊ ordinis ſuaꝝ ſpecieꝝ.

¶ Sed cōtra p̄dicta arguit' ſ. Primo ſic. ¶Unū p̄dicamentū hz vnū modū de nominādi primam ſubam: cū p̄dicamēta diſtinguunt' ſm diuſos mōs p̄dicādi de prima ſuba. vñ illa q̄ non p̄nt hr̄e eundē modū p̄dicandi cōem de ipa ſp ſunt i diuſis p̄dicamentis. ſed quātitas nō habet vnū modū p̄dicādi de prima ſuba. qz quātitas cōtinua denotat ſbam quātā ⁊ diſcreta quotā. ḡ quātitas nō ē vnū p̄dicamentū ¶ Secūdo ſic. Omē gen' equalr dz de ſuis ſpēbus. ſ quātitas nō dz equalr de ſuis ſpēbus. ſ. de ꝓtinua ⁊ diſcreta. ſ diſcreta pōr ē cōtinua. ḡ quātitas nō ē vnū gen' p̄dicamentale. ¶ Tertio ſic. i oī gn̄e ē vnū mimū qd̄ eſt metrū ⁊ menſura oim illoꝝ q̄ ſunt i tali genere. ſ in quātitate ſunt duo minima. ſcz vnitas ⁊ p̄ūctus: ḡ nō ē vnū p̄dicamentū q̄ntitatis ¶ Quarto ſic. Omē vniuocū habet plus diffinīri q ̄ diuidi. quātitas ē vniuocū. ḡ male diuidit' p̄ q ̄ diffiniat'. ¶ Quinto ſic. Omē ꝓtinuū ē diſcretū: cū omne ꝓtinuum ſit vnū i ſe ⁊ diuiſū ab alijs. ḡ cōtinuū ⁊ diſcretū coincidūt. ḡ mēbra diuiſionis ñ ſt oppoſita

¶ Ad argumenta añ oppo. Ad p mū iſtoꝝ dz q ̄ lz ſm vſū nr̄m nō hēam' vnū modū denotandi p̄mā ſbam per quātitatez: tñ ſm eē q̄ntitat] hz vnū modū cōem denominādi ipaz. qz cū oīs quātitas dat eſſe q̄tū p̄t denotare ſbam q̄ntā. lz illd denotatuū q ̄ ad nos ſit appropriatū quātitati ꝓtinue eo q ̄ hab' alid denotatuū ꝑ̄pū q̄ntitat] diſcrete. ſ. quot. etiā oīs q̄ntitas denotat ſbaz mēſurabilez vl' menſuratā. ¶ Ad ſecundū dz. q ̄ lz ꝓparādo illas duas ſpēs int' ſe diſcreta ſit, vno mō pōr cōtinua: tñ per reſpectū ad ſuum gen' cōlit' ſe hñt. ⁊ q̄ntitas dz vniuoce de ipis. ¶ Ad tertiū dz q ̄ lz p̄ūct' ⁊ vnitas ſint mima reſpectu aliq̄ꝝ ſpēꝝ q̄ntitat]: tñ nullū illoꝝ ē ſimpl'r mimū reſpectu tot' gn̄is q̄ntitatis. qz nullū illoꝝ ē cōmune ꝓncipiū omnium ſpecierum eius. ſed eſſe quātitat] i cōmuni eſt mimū ſimpliciter in iſto p̄dicamēto.

Ad quartum dz ꝙ lz oīe vniuocuz qđ pōt distincte magis notificari p diffinitōem ꝙ p diuisionē pus debeat diffiniri ꝙ diuidi: nō tn oportet de eo qđ facilius ⁊ magis distincte notificet per diuisionē ꝙ p diffinitōz. mō sic ē de quātitate vt dictū ē pus. Ad qntm dz ꝙ lz ptinuū ⁊ discretū in vno materialiter coincidāt ⁊ fm diūsas rōnes: non tn formalr ⁊ fm vnā rōnem. vn aliqđ subiectū in ꝙtū ei⁹ ptes inter se copulant ad vnū terminū cōem dz ptinuū. ꝑ in ꝙtū est discretū ⁊ sepatū ab alijs indiuiduis dz discretū. ⁊ sic hz mēsurari quātitate ptinua ⁊ discreta.

Est autē discreta quātitas vt numerus ⁊ oro. Vn due sunt spēs ei⁹. Mō em ē in nūero aliqs tmin⁹ cōis ad quē ptes ei⁹ copulant. vt in decē qnqz ⁊ qnqz. aut tria ⁊ septē ad nullū tmi num copulātur: sed sēp discreta sunt. Est aūt numer⁹ multitudo ex vnitatibus aggregata: similiter in oīone sillabe nō copulātur ad aliquē terminū cōmunē: sed vnaqqz sepata ē ab alia

Post ꝙ autor posuit diuisionē quātitatis. b ꝓsr determinat de mēbris eius. s. de continua ⁊ discreta. Et qz ordine nature qntitas discreta ꝓior est quātitate ptinua: cū sit simplicior. iō pus determinat de discreta ꝙ ptinua: cū discreta sit simplicior ipa. quia tn cōtinua ē nobis notior ꝙ discreta. iō notificat discretam p negatōem illius qđ ꝓuenit ptinue. scz ꝙ habeat partes q̄ p vnū terminū cōem ad inuicē copulent. vn sic diffinit. Quātitas discreta ē cuius ptes nō copulant ad aliquem terminū cōem: ꝑ sēp inter se discrete ⁊ sepate sunt. Et diuidit in duas spēs. s. numerū et oronem. cui⁹ rō ē. qz ois qntitas discreta hz ptes permanētes vel successiuas. Si ꝓmum sic ē numerus. si secūdū sic est oratio.

Ubi primo sciendum est. ꝙ numer⁹ ē multitudo ex vnitatib⁹ aggregata. Et ibi ponit mltitudo loco gn̄is. ⁊ dz. ex vnitatibus aggregata. s. ex vnitatib⁹ formalib⁹ de gn̄e quātitatis ad denotandū ꝙ numerus ē multitudo formalr q̄ ex talib⁹ vnitatib⁹ consurgit ad dīam multitudinis materialis. sic ē multitudo subiecto ꝙ hz abēnū tales vnitates. ⁊ est talr numerus quātitas discreta. ⁊ ꝙ sit quātitas pz. qz ois mēsura sbe ē quātitas p numerū sbam mēsuram⁹. sicut p denū mensuram⁹ decē canes vel lapides. g̃ numer⁹ est qntitas. ⁊ ꝙ sit discreta pz. qz ptes eius non copulātur ad aliquē terminū cōem q̄ sit tminus vni⁹ ptis ⁊ ꝓncipiū alterius: ꝑ sēs vnitates i numero remanēt diuise ⁊ discrete int se: cū qlibet possit ab alia indifferenter separi.

Secūdo sciendum ē. ꝙ causa formalr nūeri ē vnio suaꝝ vnitatū sub forma discretiōis q̄ ꝓuenit ab vltīa vnitate nūmeri q̄ dat sibi nomē ⁊ rōem. Sicut denar⁹ capit formā ⁊ spēm numeri denarij a decīa vnitate. ⁊ lz sic vniant vnitates sub forma discretiōis tn nō copulāt siue vnūt p copulatōez ad aliquē tminū cōem. Dz cā materialr in q̄ numeri sunt res numerate in q̄bus ē numer⁹ vt in subiecto. sicut denar⁹ ē subiectiue in decez cumb⁹. Et cā finalr ei⁹ ē certificatio l mēsuratio sube accepte fm suas ptes sepatas ⁊ discretas. Et ei⁹ cā efficiēs ē cā efficiēs sui subiecti ꝙtum ad suū formale. ⁊ ꝙtū ad actum numerādi ē anima numerans. ⁊ capit numerus nō p numero nūerato q̄ ē res nūerate sicut decē canes vel decē eq̄. neqz p nūero numerāte effectiue q̄ dz aia numerās. ꝑ p numero numerāte formaliter q̄ ē quātitas formalr existens in rebus numeratis.

Tertio sciendum est ꝙ oratio tripliciter accipit. Uno mō p voce ꝓlata. et sic ē de secunda spē qualitatis. Alio mō p voce ꝓlata vt significativa ē: ⁊ sic ē ens rōis ꝙtuz ad suū formale qđ ē ordinato ad significandū: ⁊ sic nō ponit in p̄dicamento. Tertio mō accipit p mensura sonoꝝ lr̄arum ⁊ sillabarū existentiū i voce ꝓlata fm quā vna sillaba dz brevis vel lōga. ⁊ dz mensurari p ꝓlationes suarū sillabarū. ⁊ sillaba p sonū lr̄arū. ⁊ illo mō capit b oro formalr. p illa mensura sonoꝝ vocis ꝓlate. ⁊ p b pz ꝙ b non sumitur oro vt est i voce ꝓlata: ꝑ g̃naliter p: out est in q̄libet voce ꝓlata ꝓut oro dz oratio ꝓlano

Quarto sciendum est ꝙ talis

mensura vocis, plate ē quātitas discreta. ⁊ p̄mo p̄bat̄ q̄ sit quātitas. q; oīne accidēs mē suratiuū subē siue sui subiecti ē quātitas, sed ōro ē mensuratiua sui subiecti siue sui materialis q̄d̄ est vox plata. ḡ est quātitas. ⁊ q̄ sit discreta p̄z. q; ptes eī⁹ non copulant̄ ad aliq̄ē terminū cōem q̄ sit finis vni⁹ partis eī⁹: ⁊ p̄ncipiū alteri⁹ aut ecōtra. vñ in voce plata vna syllaba non ē p̄ncipiū vni⁹ partis ⁊ finis alterius. ꝫ oīs syllabe ōronis sūt discrete ⁊ sepate abinuicē. ⁊ lz sint distincte: tm̄ capiunt formā vni⁹ discreti p̄ aggr̄egatōnem et ordinē eaȳ inter se. ⁊ p̄ hoc aliquo mō vnīt̄ Et differt ōro a numero. q; lz vterq̄ incipiat ab vno indiuisibili: tm̄ i nūero illud idē indiuisibile q̄d̄ est p̄ncipiū resumit̄ cū sequētibus ad certificandū suū subiectū. ꝫ in ōrone p̄mū indiuisibile nō resumit̄ cū sequētibus. q̄a sue ptes non sunt permanentes. ⁊ per hoc satis patent species quantitatis discrete.

Sed cōtra p̄dicta arguit̄ sp̄ri mo sic. multitudo nō ē quātitas ꝫ relatio: cū multū sit de gn̄e relatōis sicut ⁊ paucū. ꝫ numerus ē multitudo. ḡ non est q̄ntitas. Secūdo sic. Dis spēs hz aliquod indiuiduum vnū numero. ꝫ numerus nō hz aliquod individuū vnū numero: cū null⁹ numer⁹ p̄ticularis hz vnū solū subiectū i numero ꝫ sit in diuīs. sicut decē vnitates ex q̄b⁹ est denari⁹ sūt in decē canib⁹. ḡ numer⁹ nō est spēs quātitatis discrete. Tertio sic. oīne hz positū ex indiuisibilib⁹ est indiuisibile. ꝫ numer⁹ nē ē indiuisibil'. ḡ nō ē multitudo aggregata ex vnitatib⁹ q̄ vnitates sunt indiuisibiles Quarto sic. Dis quātitas est mēsura subē. ōro nō est mensura subē ꝫ vocis. ḡ nō est quātitas. Quinto sic. Vox plata ē p̄tinua. q; passiones voc⁊ sunt cōtinuitas melodia ⁊ dearticulatio sonoȳ. ergo ōro q̄ ē mēsura tal' vocis ē p̄tinua. ⁊ p̄ hoc nō ē quātitas discreta.

Ad argumēta ante oppo. Ad p̄mū d̄z q̄ si capiat̄ multū respectu euꝫ oppōitur pauco: ē in gn̄e relatōis. ꝫ si capiat̄ absolute vt oppon̄it̄ vni sicut etiā vnitas ⁊ multitudo opponūt̄: sic multū ē in gn̄e quātitatis ⁊ etiā multitudo Ad secūdū d̄z q̄ lz nūer⁹ non hēat vnū subiectū simplr: tm̄ hz subiectū vnū vnitate aggregationis. ⁊ hoc sufficit ad vnitatē indiuisibile alicui⁹ numeri. q; numer⁹ nō ē vn⁹ nisi vnitate aggregatōis ꝫ ē realiter multitudo. Ad tertiū dicit̄ q̄ lz p̄positū ex indiuisibilib⁹ sub forma p̄tinuatōis vl' copulationis sit indiuisibile: tm̄ p̄positū ex indiuisibilibus sub forma discretōis ⁊ aggregatōis simul nō dicit̄ indiuisibile. iō lz numer⁹ sit diuisibilis: tm̄ hoc mō pōt̄ p̄poni ex vnitatibus indiuisibilib⁹ q̄ remanēt abinuicē distincte.

Ad q̄rtū dicit̄ q̄ lz oro nō mēsuret verā substātiā p̄ se p̄mo: tm̄ mēsurat aliq̄d q̄d̄ hz modum subē respectu ipi⁹. s. ipam vocē plată q̄ est subiectū ei⁹. Ad q̄ntū dicit̄ q̄ lz i voce sit p̄tinuitas q̄tū ad sonū ei⁹: tm̄ ibi ē discōtinuitas q̄tum ad figuratōem ⁊ formatōnem sonoȳ lr̄aȳ ⁊ syllabaȳ. ⁊ mensura huiⁿ prolatōis dicit̄ formal'r oro. iō ē formal'r discreta.

Quantitatis cōtinue alia linea. alia supficies. alia corpus alia tēpus. alia loc⁹. Vñ q̄nq̄ sunt spēs ei⁹. q̄ aūt linea sit q̄ntitas cōtinua patet. q; ptes ei⁹ copulant̄ ad aliquē terminū cōmunē puta ad p̄nctū. ⁊ ptes superficiei ad lineā. partes corporis ad superficiem.

Postq̄ auto; determinauit de quātitate discreta. h̄ p̄n̄r determinat de p̄tinua. q̄ ē cuius partes copulant̄ ad aliquē t̄minū cōez: ipaȝ diuidens p̄ q̄nq̄ spēs q̄ sunt linea. supficies. corpus. tps. ⁊ loc⁹. quoȳ sic hr̄ sufficiētia. q; ois quātitas p̄tinua mensurat subam fm aliquā extēsiōem. vel ḡ fm extēsionē durationis ⁊ sic est tempus. vel fm extensionem magnitudinis ⁊ h̄ dupl'r. vel mensurat extrinsece: ⁊ sic est locus. vel intrinsece ⁊ hoc dupl'r. vl' fm vnā dimēsionem tm̄ ⁊ sic ē linea. vel fm plures ⁊ hoc dupl'r. vel fm duas: ⁊ sic ē superficies q̄ mēsurat fm lōgū ⁊ latū. vl' fm tres dimēsiones ⁊ sic ē cor⁹ q̄d̄ mēsurat fm lōguȝ latū ⁊ p̄fundū. ⁊ q; iste tres spēs. s. linea superficies ⁊ cor⁹ intrinsece mēsurāt. alie vero extrinsece. iō p̄mo de ipis videndū ē q̄ d̄ alijs

Pro quo sciendum est primo q̄ linea ē lōgitudo sine latitudine ⁊ p̄fundita te cui⁹ extremitates sunt duo p̄icta. Cui⁹ rō ē. q; linea intelligit̄ causari ex fluxu p̄icti in lōgū. iō linea ex fluxu p̄icti hz lōgitudinē. ⁊ q; p̄ictus nō pōt intelligi fluere in latū nec i

ꝓfundū.iō linea ē ſine latitudine ⁊ ꝓfundita
te.qđ debet intelligi ſine latitudine ⁊ ꝓfūdi
tate ipius linee ⁊ nō ſuperficia vel corꝑis.qꝛ
non pōt eſſe linea qum ſit ī corꝑe. ideo nō pt
eſſe ſine latitudine ⁊ ꝓfunditate corꝑis. Et
qꝛ fluxus pūcti a pūcto ſemꝑ incipit ⁊ termi
nat in pūctum .iō extremitates linee ſūt duo
puncta. Et per hoc ꝑz qꝺ in linea puncti ē mate
riale eius.hꝫ em̄ modū materie in hoc qꝺ ſubſtat
ſuo fluxui.⁊ fluxus eius ē formale linee. ꝗa
ipam formaliter cōſtituit. Per hoc etiā ꝑz qꝺ linea
vno mō ſolū ē diuiſibilis.ſ.ſm lōgitudinē. ꝗa
ipa non hꝫ diuiſibilitatē a pūcto:cū ille ſit di
uiſibilis.ſ ſolū hꝫ a fluxu illius pūcti q ſolū
fit ſm vnā dimenſionem.

¶ Secundo ſciendum eſt. qꝺ
ſuperficies eſt lōgitudo cum latitudine ſine ꝓ
funditate cuius extremitates ſunt due linee.
Cuius rō eſt . qꝛ ſuperficies imaginat cauſari
ex fluxu linee in latū. ⁊ nō a linea hꝫ lōgitudi
nem.⁊ a fluxu linee in latum hꝫ latitudinem
Et quia non pōt intelligi fluere in ꝓfundum
iō ſuperficies ē ſine ꝓfunditate .⁊ qꝛ fluxus
linee incipit a linea ⁊ in lineam terminat. iō
ſuperficiei q ex tali fluxu cauſat extremitates
ſunt due linee.

¶ Tertio ſciēdum eſt. qꝺ corꝑus
eſt lōgitudo cum latitudine ⁊ ꝓfunditate cu
ius extremitates ſunt due ſuperficies. Cuius
rō eſt .qꝛ corꝑs imaginat cauſari ex fluxu ſu
perficiei in ꝓfundū.iō a ſuperficie hꝫ longitu
dinē ⁊ latitudinē.⁊ a fluxu ſuperficiei hꝫ ꝓ
funditatem. Et ꝗa ille fluxus ab vna ſuperfi
cie incipit ⁊ in aliam terminatur.iō extremi
tates corꝑis ſunt due ſuperficies.⁊ per hoc patz
qꝺ ſuperficies diuiſibilis eſt ſm duas dimēſio
nes.⁊ corꝑus ē diuiſibile ſm tres.ſ.longitu
dinem latitudinem ⁊ ꝓfunditatem .ideo cor
pus hꝫ oēs tres dimēſiones :et vndiqꝫ
eſt diuiſibile.

¶ Quarto ſciendum eſt qꝺ ſi
cut in linea punctū ē ꝓncipium materiale li
nee ⁊ fluxus puncti eſt ꝓncipium formale:ſic
etiam in ſuperficie linea ſe hꝫ vt materiale
⁊ fluxus linee ē ꝓncipium formale. ⁊ ſimiliꝫ
in corꝑe ſuperficies ſe hꝫ vt ꝓncipiuꝫ ma
teriale ⁊ fluxus ſuperficiei tāꝫ formale.⁊ de q̄
libet harū ſpērum pbaꝫ ꝓmo qꝺ ſit quātitas.
qꝛ quelibet ē menſura ſube. Secūdo qꝺ ſit cō
tinua quātitas. qꝛ quātitas cōtinua ē illa i q̄
partes copulant ad aliquē terminū cōmunē
q̄ eſt ꝓncipium vnius partis ⁊ finis alterius
ſ cuiuſlibet hꝫ ſpērum partes copulāt ad
aliquē terminū cōem ſicut partes linee copu
lant ad punctum q̄ eſt ꝓncipium vn⁹ partis
⁊ finis alterius.quia vbicūqꝫ cadat diuiſio li
nee cadit ſupꝛa punctum ⁊ partes ſuꝑficiei
copulant ad lineam:qꝛ vbicūqꝫ diuidat ſuꝑ
ficies hoc erit ꝑ lineaz que terminat ambas
eius partes.⁊ partes corꝑis terminātur ad
ſuperficiē.qꝛ corꝑs per ſuꝑficiem ſemꝑ hꝫ di
uidi. Et hic capit̄ terminus cōis in terminan
do:non in ꝑdicando.⁊ ſic ꝑz declaratio triuz
ſpecierū quātitatis cōtinue.

¶ Sed cōtra ꝑdicta arguitur
Primo ſic. Una ſpēs oppoſita alteri non ē ꝺ
conſtitutōne alterius nec includit̄ in alia . ſ
linea includitur in ſuperficie ⁊ in corꝑe.qua
re videt qꝺ nō ſit ſpēs diſtincta ab aliis. Se
cundo ſic. Perfectū ⁊ imperfectū nō variant
ſpēm.ſ linea ⁊ ſuperficies ſe hꝫ ad corꝑs
ſicut impfectū ad ꝑfectum .ḡ nō diſtinguunt̄
ſpecie a corꝑe.⁊ ſic non ſunt ꝗnqꝫ ſpēs quan
titatis cōtinue. Tertio ſic. Corꝑus ē ſpēs
ſube.ḡ hic male ponit̄ ſpēs quātitat[] ꝯtinue
Quarto ſic. Illud qꝺ copulat ꝑtes linee
adinuicem hꝫ rōnem forme reſpectu linee.qꝛ
copulare ⁊ vnire ē actus ipius forme. ſ pun
ctus non ē ꝓncipium formale linee ſ materia
le.ergo partes eius nō copulāt ad punctum
Quinto ſic. Terminus ē indiuiſibilis.ꝗa
ſi eſſet diuiſibil' poſſet viuidi: ⁊ ſic vna pars
terminaret aliam:⁊ ſic nō terminaret niſi ꝑa
par[]. ſed ſuꝑficies nō ē indiuiſibilis.ergo nō
ē terminus cōis ad quē ꝑtes corꝑis copulāt

¶ Ad argumēta ante oppoſi.
Ad ꝑmū ꝺꝛ qꝺ lz linea includat̄ materialiter
in ſuꝑficie ⁊ in corꝑe:non tamē includit̄ for
maliter tāꝫ ꝑtinens vel ſeſe tenens ex parte
forme corꝑis vel ſuꝑficiei. vñ non ē incōueni
ens qꝺ ſpērum diſtinctaꝝ formaliter vna con
currat materialiter ⁊ ꝟtualiter ad ꝯſtitutōꝫ
alter⁹ ſic̄ binar⁹ ē materialit̄ de compoſiti
one trinarij. Ad ſecundū ꝺꝛ qꝺ lz ꝑfectū
⁊ impfectum ſm eſſe tm̄ non varīet ſpēm:tm̄
ꝑfectum ⁊ impfectū ſm̄ eēntiam bn̄ variant
ſpēm.modo ſuꝑficies ⁊ linea ſm̄ ꝑfectiones
eſſētie a corꝑe diſtinguūtur. iō ab ipa ſpecie
differunt. Ad tertiū dicit̄ qꝺ lz corꝑus ac
ceptū ꝑ ſubiecto trine dimēſiōis ſit ſpēs ſbe

rñ corp⁹ captū ꝑ actualē trina dimesiōe vt capitur hic non ē ista ꝑs quātitas. ¶ Ad q̄rtum dicit q̄ si cōsideret punctus vt ē cōtinuans ⁊ copulās ptes linee int se sic hz modū forme i se respectu linee. ⁊ h mō solū ē pūct⁹ i potēcia ⁊ non i actu. ꝑ si considerētur vt suo fluxu causat lineam sic est ꝓncipiū materiale linee.

¶ Ad q̄ntum dr q̄ lz superficies sit diuisibilis ꝑm longitudinē: ē tñ indiuisibilis ꝑm ꝓfunditatē vt respectu ꝓfunditatis ē termin⁹ corporis. ⁊ eo mō quo ē terminus ē indiuisibilis.

¶ Partes aūt tpe ad nūc vt p̄teritum ⁊ futurū ad pñs. partes aūt loci ad eūdē terminū copulantur ad quē corporis ptīcule.

¶ Postq̄ autor determinauit de linea. superficie ⁊ corpe q̄ mēsurāt intrinsece. h ꝓsr determinat de quātitatibus cōtinuis q̄ mēsurant extrinsece. s. de loco ⁊ tpe. Et inde sumit ratio huius ordinis. Pōt etiam sumi alia ratio. qa lz capiēdo quātitatē sub rōe mēsure vt ꝓsideratur a logico ⁊ mathematico tps ⁊ locus sint spēs quātitatis distincte: tamē si cōsideretur quātitas q̄tum ad suā diuisibilitatē ⁊ sub rone entis vt in methaꝑ hysica considerat. tunc tps ⁊ locus non sunt spēs quātitatis distincte ꝑ se ab alijs. hoc cm̄ mō loc⁹ non distinguitur a superficie. tps etiam hz esse diuisibile solum a motu. ⁊ ō in q̄nto methaphisice inter q̄titates ꝑ se non numerantur loc⁹ ⁊ tps. ⁊ ibi locus ponitur quātitas ꝑ accidēs ⁊ ō iste due spēs imꝑfectius hñt rōem quantitatis. ⁊ ō post alias cōuenienter enumerantur

¶ Ubi est primo sciendum. q̄ tempus pōt tripl̄r cōsiderari. Uno mō generaliter ꝑ quacūq̄ mensura durationis siue distinguatur realiter a mēsurato siue non. et h mō tps continet sub se eternitatem que ē mēsura rei carentis ꝓncipio ⁊ fine. s. ꝑme cause ⁊ eternitatē que est mēsura rei habētis ꝓncipium ⁊ carentis fine: sicut sunt angeli. ⁊ tēpus ꝓprie dictum quod est mēsura rei habentis ꝓncipium ⁊ finem. vt sunt oīa corruptibilia. Secūdo modo accipitur temp⁹ numis generaliter ꝑ mensura durationis que ē realiter distincta a mēsurato. ⁊ sic soluz continet eternitatē ⁊ tps ꝓprie dictum ⁊ non eternitatem: cum ipa non distinguitur realiṫ ab eterno. Tertio mō capitur ꝓprie solū ꝑ mēsura durationis rei corruptibil⁹ ⁊ specialiter motus. Et hoc mō diffinitur. Tēꝑus est numer⁹ motus ꝑm ꝓpius ⁊ poster⁹. ⁊ in pñti ꝓposito sumitur tps ꝓut accipitur secūdo mō. s. ꝑ mensura durationis: que est quantitas distincta a mēsurato.

¶ Secundo sciendum est. q̄ motus ⁊ duratio rerum ꝓductarū habēt mēsuran per aliquā quātitatē ⁊ certificant quo ad nos co q̄ alique res dicūtur equalis durationis ⁊ alique inequalis. Equale em̄ ⁊ ineq̄le accipiūtur ꝑm quātitatem. sed mot⁹ ⁊ talis duratio non mēsuratur ꝑ aliam spēm quātitatis q̄ ꝑ tempus vt ꝓbatur inductiue in omnib⁹ alijs spēbus. ergo habēt mensurari ꝑ tēpus. ⁊ sic tempus ē quantitas. Et q: mensure rei continue debet esse cōtinua. q: debz ee ꝓportio mensure ad mensuratum. ꝑ motus ē continuus ⁊ etiam duratio esse rei. ꝯ tempus est quantitas ꝓtinua. Adhuc aliter ꝓbatur i tertu. quia ptes temporis ad vnū terminū cōmunē copulātur. vt p̄teritū ⁊ futurū copulantur ad nunc p̄sens quod ē finis p̄teriti ⁊ ꝓncipium futuri: ergo tēpus ē quātitas cōtinua. vnde sicut in linea punctus ē tota substātia rei ⁊ ex fluxu suo causat lineam ⁊ copulat ptes eius: ita in tempore nūc est tota substantia rpis vel essentia. ⁊ fluxu suo de ꝓxi in poster⁹ causat tps ⁊ copulat ptes eius ad inuicē

¶ Tertio sciendum est q̄ loc⁹ capitur dupl̄r. Uno modo phisice ꝑ superficie corpis continētis ꝺimq̄ in eo ē virtus generatiua ⁊ conseruatiua locati ibi diffusa a corpibus celestibus. ⁊ hoc modo sic diffinit. Est superficies corpis cōtinētis immobile primum. Alio mō capitur mathematice vel logice ꝑ superficie corpis sine illa virtute cōseruatiua locati q̄ est quedā q̄litas de p̄dicamēto q̄litatis. ⁊ hoc mō capitur hic ⁊ diffinitur sic q̄ est superficies corpis cōtinētis mēsuratiua locati. sicut superficies aeris circūdans lapidē dicitur locus lapidis. quę potest dupl̄ considerari. Uno modo respectu corpis cōtinentis in quo est subiective ⁊ q̄ mēsurat intrinsece ꝺim duas dimensiones tm̄. ⁊ sic dicitur superficies. Alio modo respectu corpis contēti q̄ mēsurat extrinsece ꝺim tres dimensiones ⁊ sic dicitur locus.

¶ Quarto sciendum est. q̄ sicut locatum mēsuratur intrinsece ꝑ lōgitudi

nem.latitudinē ⁊ ꝓfunditatē eius.sic etiam mēsurat̄ extrinsece ꝑm tres dimēsiones loci in quo suscipit̄.sicut vinū mēsurat̄ ꝑm lōgitudinē.latitudinē ⁊ ꝓfunditatē supficiei cōcaue vasis in quo suscipit̄. ⁊ per ꝫ ꝫ̄ ꝙ locꝰ ē quātitas.qꝛ ē mēsura subē.⁊ ꝙ sit continua patet.qꝛ ptes eiꝰ copulant̄ ad eundem tm̄inū cōem ad quē partes coꝛpis copulant̄. qꝛ sicut ptes coꝛpis locati oēs copulant̄ ad cē trū eius:sic etiā oēs pticule loci.qꝛ est idem centrū ꝑm rem qꝺ̄ ē centrū locati intrinsecuꝫ ⁊ extrinsecū loci.⁊ sunt equales dyametri.pꝛtense a supficie q̄ est locus ⁊ a supficie locati vsq; ad centruꝫ eius.⁊ sic dyametꝛ loci et dyametꝛ locati ad idem cētrū copulāt̄.⁊ isti dyametꝛi dicunt̄ ptes loci nō essentie eiꝰ. q̄a iste ptes sunt supficies:ꝫ dicunt̄ partes cōtinuatiue loci. ⁊ etiā ꝛ partes coꝛpis inq̄tum coꝛpꝰ copulent̄ ad supficiem:tm̄ partes eiꝰ vt ē locatū copulant̄ ad cētrū ⁊ etiā ptes locati

¶ Sed contra p̄dicta arguitur Primo sic. Motus localis ꝑmi mobil̄ in q̄. ē tēpus subiectiue ꝑ prius ē ꝺtinuꝰ q̄ sit tps qꝛ dat tpi cōtinuitatē.⁊ tm̄ ille motꝰ nō ē spes quātitatis.ꝙ a maioꝛi tps non ē quantitas. ¶ Secūdo sic. Oīne illud cuiꝰ ptes ad eundē terminū copulant̄ ꝯ simul plures ꝑtes.ꝫ tpis non p̄nt esse plures ptes simul. ꝙ ptes eius nō copulant̄ ad aliquē eundē terminū.⁊ sic nō est quātitas cōtinua. ¶ Tertio sic.numerus nō ē quātitas continua ꝫ discreta:ꝫ tempꝰ est numerus motꝰ.ꝙ nō est quātitas cōtinua. ¶ Quarto sic. Supficies ⁊ locus dicūt idē realiter seu eēntialiter .ꝙ nō sūt spēs distincte.ergo locꝰ male ponit̄ alia spēs quātitatis a supficie ¶ Quinto sic. Oē illꝺ̄ qꝺ̄ mēsurat ꝑm tres dimēsiones includēs ipsas ē coꝛpus.ꝫ locus ꝯ lōgitudinē latitudinē ⁊ ꝓfunditatē ⁊ mēsurat ꝑm ipās.ꝙ locus non est spēs a coꝛpe distincta.

¶ Ad argumēta aī oppo. Ad p̄mum ꝺ̄: ꝙ ꝛ motus localꝫ ꝑm eē sit cōtinuꝰ: nō tm̄ ꝑm essentiā eius que ē ꝺbi fluēs.⁊ quia res ponit̄ in gñe ꝑm suā eēntiam.ꝺ̄ motꝰ nō ē quātitas.ꝫ tps ē cōtinuū ꝑm rem ⁊ eēntiaꝫ simul:ꝛ effectiue capiat cōitatē a motu.ideo magis ꝓ ponit̄ in p̄dicamēto quātitatis q̄ motus. ¶ Ad secundū ꝺ̄: ꝙ ꝛ plures ptes temporis nō possint esse sil̄ ꝓmanētes:tm̄ p̄nt eē simul plures successiue ⁊ in fieri qꝺ̄ sufficit ad ꝓoc ꝙ copulent̄ ad eūdē terminū cōmunem. ¶ Ad tertiū dicit̄ ꝙ ꝛ tps sit materialit̄ numerus ⁊ numerꝰ nūerat̄:nō tm̄ ē numerꝰ formalit̄ ꝫ solū formalis ē quātitas discreta. ¶ Ad q̄rtum dicit̄ ꝙ si locus ⁊ supficies ꝓsiderēt̄ materialiter q̄tum ad id qꝺ̄ sunt dicūt idē essentialiter.ꝫ si cōsideretur formaliter q̄tū ad suos modos mēsurādi sic specie differūt ⁊ formaliter distinguūtur.quia supficies mēsurat intrinsece ꝑm duas dimēsiōes tm̄.locꝰ vo extrinsece ꝑm tres dimēsiones. ¶ Ad q̄ntum dicit̄ ꝙ ꝛ locus ꝓbeat tres dimēsiones ꝑm cōtinentiam eiꝰ:ꝑm tamē essentiā ꝓbꝫ duas tm̄.s. lōgitudinē ⁊ latitudinē . ⁊ solum illꝺ̄ ē coꝛpus quod ꝑm essentiaꝫ ꝓbet tres dimēsiones.

¶ Hīs visis dicendū ē de cōitatibus quātitatis. ¶ Prima cōitas ē. quātitati nihil ē ꝛtrariuꝫ vt bicubito tricubito. vel supficiei nihil ē ꝛtrariū. qꝛ ꝛtrarietas ꝓmo ines̄t qualitatibꝰ: non oīm ibus sed q̄busdā. quātitas autē non ē q̄litas. quare seq̄tur ꝙ cōtrarietas non ē in quātitate.

¶ Item quātitas nō suscipit magis neq; miꝰ. Non em̄ vna linea ē magis linea q̄ alia. nec numerus ternarius ē magis numerꝰ q̄ binarius. ⁊ sic de alīs. ¶ Item ꝓpium ē quātitati ꝑm eā eq̄le vl̄ ineq̄le dici. vt vnus numerꝰ est equal̄ vel inequal̄ alteri nūero. et vnū coꝛpus ē eq̄le vel ineq̄le alteri. ⁊ vna linea ē equal̄ vl̄ inequalis alteri linee.

¶ Postq̄ auto: superius determinauit de quātitate ꝑm se ⁊ q̄tū ad suas spēs.ꝫ ꝓpr determinat de ipa q̄tū ad suas ꝓpetates q̄ fluūt ab ipa ꝓsiderata ꝑ inclinatōez ad materiā ⁊ ad sua ifenioꝛa enumerās tres ꝓpetates ipi. q̄rum ꝑma ē ꝙ q̄titati nihil ē ꝛtrariꝫ. Cuius rō

est: quia illud nō habet ōtrū quod in materia p̄cedit omnē contrarietatē. ℔ quātitas in materia siue in substantia materiali p̄cedit omnia contraria. ergo quantitas non habet contrarium. minor patet. quia contraria reperiūtur in materia p motum ⁊ mutationem. quia ab eodem subiecto mutuo se expellunt. ℔ suba non subicit motui nisi p quantitatē: quia omne qđ mouetur oportet eē diuisibile ⁊ ptensum: sed substantia non est diuisibilis nisi p quantitatē ideo p eam subicitur motui. hanc etiam ppietatem pbat inductiue auctor in textu declarando eam exemplariter in diuersis speciebꝰ quātitatis.

Circo quo sciendum est primo qđ quātitas dupl'r consideraf. Uno mō ꝑm se simplicē eius eentiam vel sub rōe mensure vt cōsideratur a mathematico vel a logyco. ⁊ sic quantitate non est motus nec ōnetas nisi capiat contrarietas p repugnantia duaꝝ differentiarum vnū genus cōdiuidentiū. Alio mō consideratur vt est terminus rei naturalis p ut dicitur in secundo de anima. qđ in omnibꝰ viuentibus positus est certus terminus augmenti ⁊ decrementi ab anima. ⁊ sic in ipa est rō perfecti ⁊ imperfecti. ⁊ sic in ea reperitur cōtrarietas accepta gñaliter p quacūq; repugnantia pfecti ⁊ impfecti: ⁊ isto mō ꝯsideratur in naturalibus ⁊ nō in logyca. ⁊ hoc mō in illa ē motus ad quē sufficit talis ōnetas ꝑm p fectum ⁊ imperfectum. qz nō oportet sp motū eē inter illa que contrariātur ꝑm suas formas vt patet de motu qui est a minus albo ad magis album. ⁊ per hoc patet qđ non habere contrarium vt capitur hic contrarium p cōtrario perfecto conuenit quantitati omni ℔ non soli: qz conuenit sub est. ⁊ sic est ppriū secūdo mō ipi quantitati.

Secūdo sciendum est qđ secūda ppietas quantitatis ē qđ quātitas non suscipit magis ⁊ minus. Cuius rō est. qz suscipere magis ⁊ minus est aliquid perfici in suo ppo esse specifico. ℔ quantitas non potest magis nec minus perfici in suo ppio esse: quia esse eius ꝯsistit in indiuisibili vt patet in numero. quia si addita vel ablata q̄cūq; vnitate variatur spēs numeri. ideo in ipo ppium eē spēi nō potest variari ꝑm magis pfectum ⁊ minꝰ pfectum. Similiter patet de quantitate continua. qz in ipa remota vel addita aliq̄ parte qđntatis q̄tūcunq; p qua variat spēs q̄titatis ꝯsiderate sub rōe mēsure. qz si ibi sit eq̄litas ⁊ fiat additio vel remotio fit ineq̄litas q̄ sp est inter diuersas spēs. ⁊ sic patet qđ quātitas continua nō pōt magis vel minus pfici spē remanente eadē.

Tertio sciendum est qđ magis ⁊ minus ⁊ maius ⁊ minus ad inuicē differunt. qz maius ⁊ minus attendunt ꝑm maiorē vel minorē adcitōez parciū q̄titatis ⁊ acquiruntur p augmentationem vel diminutionem: ℔ magis ⁊ minus dicūt maiorē vel minorē pfectionē ppriā eē forme ꝑm qđ in subiecto est ⁊ fiūt ꝑm additōez vel remotōez pfectionis forme in subiecto. ⁊ ideo licet quātitas bñ suscipiat maius ⁊ minus extēsiue p augmentationem vel diminutionem: nō tn oportet ipaz suscipere magis ⁊ minus intēsiue: qz sic illa differūt inter se. ⁊ ē hec ppietas ppria secundo mō q̄titati sic ⁊ p̄cedēs.

Quarto sciendū est. qđ tertia ppietas quātitatis est. ppriū est quātitati ꝑm eam equale vel inequale dici vt ꝑm duas longitudines duo corpa dicunt equalia vel ineq̄lia. ⁊ ꝑm numeros duos eiusdem speciei aliq̄ res numerate dicunt eq̄les. Ex trō huius ē. qz equalia sunt que sibi supposita se inuicem nō excedūt. ⁊ inequalia sunt quoꝝ vnum excedit aliud. Sed excessus ex pte mēsure sumitur ⁊ mēsura sumit ꝑm quantitatē ⁊ solū ꝑm ipam ergo omni quātitati ⁊ soli ꝓuenit ꝑm eā eq̄le vel ineq̄le dici. Itē equalitas est rez differentiū eadem quantitas in spē. Ineq̄litas aūt est rez differentiū diuersa quantitas. ⁊ iō eq̄lia sunt res diuerse eiusdem quātitatis int se: ideo solum ꝑm quantitatē aliq̄d dr eq̄le vel inequale. ⁊ sic ista ppietas ē ipi q̄titati quarto mō ppria.

Ex p̄dicta arguit ꝓmo sic. Omnis motus est de contrario in contrariuꝫ. ℔ in quantitate est motus. s. augmentationis ⁊ diminutionis. ergo in quantitate est contrarietas ⁊ sic habet contrarium. Secūdo sic Locus sursum ⁊ locus deorsum contrariant ⁊ tamen sunt quantitates. ergo quantitati est aliquid ōnū. Tertio sic. Quātitas magis ⁊ minus pficitur ꝑm esse quantitatis. qz nūerus habet pfectius eē in quaternario q̄ in binario. ergo suscipit magis ⁊ minus. Quarto sic. Scōm ineq̄litatē aliq̄d dr esse inequale

vel eqle p equalitatē. ⁊ tm̄ eqlitas vel inequalitas sunt relatōes. g̃ nō puenit soli quātitati ſm eā eqle vel ineqle dici. ¶ Quinto sic. ſm vtutē duo ꝓoes dicunt eqles vtute ⁊ tm̄ virtus nō ē q̄titas. g̃ nō ē ꝑpriū q̄titati ſm eam eqle vel inequale dici.

¶ Ad argumēta añ oppo. Ad primum dr̄: q̄ lz in q̄titate ꝓsiderata ſm suū esse physicū sit motus ⁊ ōnetas impfecta. tamē in q̄titate ꝓsiderata sub rōe mēsure nō ē motus nec etiā ōnetas. ⁊ solū isto mō in logyca cōsiderat. ¶ Ad secundū dr̄ q̄ si locus sursum ⁊ locus deorsum ꝓsiderent ſm suas eētias vl rōe mēsure nō ōriant. Sz si ꝓsiderent quātū ad qualitatē ⁊ influentia q̄ sunt in illis diuersis locis bñ ōriant: ⁊ illo mō nō sunt in genere q̄titatis: qr̄ nō dicūt simpliciter formā de gñe q̄titatis ⁊ importāt q̄titatē cū qualitatibus. ¶ Ad tertiū dr̄ q̄ lz q̄titas possit magis ⁊ minus pfici in eē diuersar̄ spēz ſm q̄ vna species pfectior ē altera: tm̄ nō magis ⁊ minus pficī in ꝑticulari eē vnius spēi qđ tm̄ ad susceptōez magis ⁊ minus requritur. ¶ Ad quartū dr̄. q̄ lz ſm equalitatem aliquid dicatur formaliter equale non tm̄ effectiue: ⁊ hoc solum cōuenit quantitati: ⁊ in ista ꝑpetare hec ꝓpositio ſm dicit solum circumstantiam cause efficientis ꝓpinque ⁊ non cause formal'. ¶ Ad quintum dr̄ q̄ lz aliq̄ dicant eqles vel ineqles ſm vtutē ꝑticulariter nō ē ꝑpe ⁊ solū similitudinarie: ⁊ ꝑprie dicuntur similes vel dissimiles ſm suā vtutem. ⁊ ſm q̄ ista vtus mensurat ꝑ respectū ad obiectum habet modum quantitatis ⁊ mensure. ideo similitudinarie aliqui dicunt eqles ſm vtutes eodē mō quo ipa ē quātitas ſm quandam similitudinem.

¶ Secũdo sciendum est q locꝰ a toto in loco est habitudo ipius ad suã ꝑtez et tenet cõstructiue et destructiue. Cõstructiue sic deꝰ est vbicꝫ ergo deꝰ est ḃ. Maxima. posito totũ ī loco in aliquo subiecto ponitur qlibet eius ꝑs. cuius ratio ẽ q totũ ī loco simul actualiter icludit oẽs eius ꝑtes. ideo ipo posito in aliquo subiecto ponitur qlibet eius pars nec est necesse in arguẽdo ponere existẽtiaz ꝑtis q si aliqua ꝑs nõ habeat existentiã ipa nõ erit ꝑs totiꝰ i loco q nõ erit actualiter ī ipo ꝓtẽta. Destructiue tenet sic cesar nusqꝫ est ergo non est hic. Maxima remoto toto in loco removetur quelibet eius pars. cuius est eadem ratio sicut maxime precedentis.

¶ Tertio sciendum est q locus a parte totiꝰ in loco est habitudo eiꝰ ad suum totũ. et tenet destructiue et cõstructiue. Cõstructiue sic deꝰ ẽ ḃ et ibi et sic de alijs. ergo deꝰ ẽ vbicꝫ. Maxima. positis ꝑtibꝰ totius i loco sufficienter enumeratis ponitur ipm totũ. et ideo ẽ q totũ in loco nõ est nisi sue partes simul et actualiter ponite. Destructiue sic sortes non est hic nec ibi et sic de alijs ergo sortes nusqꝫ est. Maxima destructis partibus totius in loco sufficienter enumeratis destruitur earũ totuz.

¶ Quarto sciendum est q dupliciter cõtingit arguere a parte totiꝰ in loco. vno modo a ꝑtibꝰ sufficiẽter enumeratis. ⁊ hoc modo tenet affirmatiue et negatiue vt dictũ ẽ Alio modo arguẽdo a vna ꝑte tm̃ et non ab oĩbus simul sumptis. et hoc modo non tenet nisi negatiue. et ideo in hũc modũ dicituꝝ tenetu q iste locus ſp est destructiuus vt arguẽdo sic. celar nõ est ḃ ergo nõ est vbicꝫ. Maxima cui non cõuenit ps in loco nec ipm totuz. hoc modo tm̃ nõ arguitur a ꝑte i loco negatiue ad destructionẽ sui totiꝰ ꝓm id quod est q ibi nõ destruitur totũ in loco simpliciter et ꝓm omes suas ꝑtes. sed solũ ibi arguit ad destructõez totiꝰ in loco quantũ ad totalitatẽ eiꝰ. et q destruitur totũ quantũ ad totalitatẽ eiꝰ et non remaner amplius totũ in loco ideo non arguitur ꝓprie hoc mõ a parte in loco ad suũ totum.

¶ Sed contra predicta arguit. Primo sic. nullꝰ locꝰ e dictio cõprehendes omnẽ locũ. sed totũ in loco est locus vel eẽ in loco. ergo male dicitur q est dictio oẽm locũ cõprehendẽs. Secũdo sic. locus a toto i loco tenet in habitudine vniuersalis vniuersalit sumpti ad suã partẽ. sed habitudo vniuersalis vniuersaliter sumpti ad suã partẽ est locꝰ a toto in quantitate. ergo locus a toto i loco ẽ idẽ locus cũ loco a toto in quãtitate et sic male distinguitur ab ipo. Tertio sic. nõ seqtur mũdus est vbicꝫ ergo mũdus ẽ ḃ. ergo locus a toto in loco non tenet destructiue. Quarto sic non seqtur sortes nõ ẽ vbicꝫ ergo sortes nõ ẽ hic. ergo locus a toto in loco nõ tenet negatiue. Quinto sic. nõ seqtur aliquꝫ ḋ corpꝰ est hic aliquod corpꝰ ẽ ibi et sic de alijs. ergo aliquod corpꝰ est vbicꝫ. q añcedens est verum ⁊ cõsequẽs falsum ⁊ tñ arguit a partibus in loco sufficienter enumeratis. ergo iste locus nõ tenet constructiue.

¶ Ad argumenta añ opposita Ad primũ dicitur q lz locus ꝓm tua ẽtie reale non sit dictio: tñ ꝓm esse dicibile põt dici dictõ et hoc modo intelligitur hic. Ad secũdũ dz q licet locꝰ a toto in loco nõ distinguat essentialiter quantũ ad virtutẽ confirmatiuã argumenti a loco a toto in quantitate q: vbicꝫ vtꝰ cõfirmatiua argumẽti est habitudo vniuersalis vniuersaliter sumpti, rõe cuius Aristoteles

non distinguit locū a toto in loco et a toto ī tē
pore a loco a toto in quātitate. tamē ab eo di-
stinguitur accidentaliter quantū ad modum
significandi quia totum in quātitate designa
tur per modum permanentis et nominaliter.
et totuz in loco designat aduerbialiter et sub
nō fluxꝰ ⁊ fieri quātus scōm rē locꝰ sitens p-
manēs. Ad tertiū dr qꝫ mundus nō est vbiqꝫ
scōm se totū sed scōm suas ptes ideo ibi ma-
le cōcluditur sed deberet sic concludi. ergo ali
qua ps mundi est hic et aliq ibi et sic de alijs
Ad quartū dr qꝫ in antecedente negatur to
tum in loco et sic nō remanet sub esse totꝰ ī lo
co ideo non arguitur a toto ī loco ad suā par-
tem. sed equualēter arguitur a negatōe. vnꝰ
ptis in loco ad negationē alterius partis de-
terminate vt hic. sortes in aliquo loco non est
ergo sortes non est hic. Ad quintuz dicitur
qꝫ partes antecedētis verificantur de corpe
p diuersis suppositis eius et sic in anteceden
te corpus habet plures suppositiones deter-
minatas et in consequente habet vnam tm̄ ⁊
sic ibi arguitur a pluribus suppositōnibus de
terminatis ad vnam determinatam tm̄. et cō
mittitur fallacia figure dictionis. vñ subiectū
antecedentis non tenetur eodem modo in cō
sequente sicut tenetur in antecedente. ideo non
bene arguitur a parte in loco ad suum totum

Totū in tpe ē dictio cōprehēdens omne tempus aduerbialiter. vt semper nunqꝫ. ¶ Pars eñ tēpore est dictio cōprehendēs aliquod tēpus aduerbialiter. vt nunc heri cras. Exempla autez sumāt hic sicut a toto in loco.

Postqꝫ autor determinauit de loco a toto ī
loco. hic consequenter determinat de loco a to
to in tempore. ratione cuius diffinit totum ī tē
pore dicens. qꝫ totum in tempore est dictio cō
prehendēs omne tempus aduerbialiter siue
sit affirmatiue vt semper. siue negatiue vt nunqꝫ
Et econtra pars in tempore est dictio compre
hendens partem temporis aduerbialiter. vt
hodie nunc et sic de alijs. Et iste due diffinitō
nes debent intelligi et exemplificari sicut diffi
nitiones totius et partis in loco.

Ubi est primo sciendū qꝫ locꝰ a toto in tempore est habitudo ipsius ad suā partem. et tenet affirmatiue et negatiue. Cōstructiue sic. deꝰ ē sp ergo deꝰ est nūc. Maxia. posito toto ī tpe in aliquo subiecto necessario ponit̄ qlibet eiꝰ ps. cuiꝰ rō est. qꝫ totū in tpe sit et actualiter includit oēs ptes suas qꝫ impor tat tps distributū p oibus suis ptib. ideo ipo toto ī tpe posito necessario ponit̄ qlibz eiꝰ ps Destructiue tenet sic. chimera nūqꝫ ē: ergo nō est hodie. Maxima. remoto toto in tpe ab a liquo subiecto remouet̄ qlibet eiꝰ ps. Et argu endo p istū locū magis ꝓprie arguit̄ ponēdo totū in tpe ex pte ꝑdicati qꝫ ex pte subiecti. eo qꝫ aduerbiū sp habet determinare vbū ⁊ vbū in oratōe sp se tenet ex pte ꝑdicati nisi ponat̄ cū iplicatōne a pte subiecti et supponat̄ qꝫ sic in subiecto posset poni cum ipo aduerbio in sub iecto. et per consequens posset argui a toto ī tempore se tenente ex parte subiecti.

Secundo sciēdum ē qꝫ locus a pte in tpe est habitudo eiꝰ ad suū totū. et te net ꝯstructiue ⁊ destructiue arguēdo ab ipsis sufficiēter enumeratis. Cōstructiue sic. sortes fuit heri et pridie et sic de alijs. ergo sortes sp fuit. Maxia. posit] ptibꝰ in tpe sufficiēter enu meratis ponit ipm totū. qꝫ nichil addit vltra oēs suas ptes. Destructiue sic. antixps nō fu it heri nec pridie et sic de alijs. ergo nūqꝫ fuit Maxima. remotis ptibꝰ in tpe sufficient enu merat] remouet̄ ipz totū. Et sic arguatur per istū locū ab vna pte tm̄ et nō ab oibꝰ tūc soluz tenet destructiue et nō ꝯstructiue. et adhuc ar guit̄ a pte ad destructionē totiꝰ quātū ad tota litatē eiꝰ et nō arguit̄ ad ipm remanēs totū in tpe vt ꝑ sortes nō ē nūc ergo sortes non est sp

Tertio sciēduz ē qꝫ preter ista tota superius posita reperiunt̄ alia qnqꝫ tota q̄ ad ꝑdicta reducunt̄. s. totū copulatiuū dis-iunctiuū potestatiuū successiuū et collectiuum seu aggregatiuū. Totū copulatiuū est in quo plura copulāt̄ p ꝯiunctionē copulatiuam. vt sortes currit ⁊ plato disputat. et pars eius est aliqꝫ illoꝝ q̄ inter se copulant̄. Totū disiun-ctiuū est in quo plura cōiungunt̄ per coniun-ctionē disiunctiuā vt sortes currit vel plato dis putat. Totū potestatiuū ē qꝺ cōponit̄ ex plu ribꝰ virtutibus vel potētijs vel qꝺ plura cōtinet scōm virtutē vt aīa rōnalis est totū potestati uum respectu vegetatiui sensitiui et intellecti ui licet aīa in cōmuni sit totū vniuersale respe ctu anime vegetatiue sensitiue et intellectiue.

Et similiter quaternarius est totum potestatiuum respectu binarij et ternarij quia superior numerus continet in virtute omnes inferiores numeros. Totum successiuum est qđ cōponit ex partibus successiuis q̄ nō possiunt simul eē vt tempus et motus. Sed totū collectiuū siue aggregatiuū est qđ subvoce singulari plura ad inuicē distincta importat. sicut populꝰ grex societas. Sed pars eius est aliquod illorum ex quibus componitur vt homo respectu populi vel anes respectu gregis.

¶ Quarto sciendū est qꝫ totuꝫ copulatiuum totum potestatiuū et totū collectiuū reducuntur ad totum integrale eo qꝫ ab istis totis ad suas ptes eodē modo tenet locus dialecticus sicut a toto integrali .s. constructiue tm̄ et non destructiue. et ecōtra loc⁹ a pte vt arguendo a toto copulatiuo sortes currit et disputat. ergo sortes currit. e a toto potestatiuo vt quaternarius est ergo binarius est. vel aīa rōnalis est ergo sensitiuū est. Maxia. posito toto potestatiuo ponitur quelibet eius ps Et a toto collectiuo vt populus est ergo hō ē. Et econtra pōt argui destructiue a suis ptib⁹ Sed totū disiunctiuū et successiuū reducūtur ad totum vniuersale qꝫ ab ipis eodē mō tenet locus sicut a toto vl̄i. scz destructiue tm̄ vt arguendo sic a toto disiunctiuo nō sortes currit vel disputat ergo sortes non currit. Et a toto successiuo. vt nō est dies ergo nō est meridies Et ecōtra loc⁹ a ptibus eoꝝ tenet cōstructiue tm̄ vt faciliter viden pōt in exemplis.

¶ Sed contra p̄dicta arguitur Primo sic. in omni tpe et sp idem sunt sicut in omni loco et vbiq̄. sed in omni tpe est totuꝫ in quātitate et nō in tpe ergo et sp. et sic male diffinitur totum in tpe qꝫ est dictio comprehēdēs omne tempus aduerbialiter. ¶ Secūdo sic. hic est locus a toto i tpe. deus est sp ergo est i isto tpe. et tm̄ non seq̄tur pars i tpe cū i isto tēpore non sit aduerbiū significans ptem tēporis .ergo cōtra diffinitionē loci a parte i tpe. ¶ Tercio sic. nō seq̄tur vniuersale ē sēp. ergo est nūc cū añcedēs sit verū et cōsequēs falsuꝫ añcedēs patꝫ qꝫ vniuersale est vbiq̄ et semp ꝛ nō ē b ꝛ nūc sed solū singulare. ergo loc⁹ ꝛ a toto in tempore non valet cōstructiue ¶ Quarto sic. partes totius in tempore non possūt eē simul. ergo non poterunt simul accipi. ergo locus a pte in tempore nō tenet cōstructiue ab omnibus partibus simul sumptis. ¶ Quinto sic. non sequitur adam non est nunc. ergo adā nunq̄ fuit. et tm̄ arguitur negatiue a vna pte toti⁹ in tpe ad ipm totuꝫ. ergo loc⁹ a pte in tpe nō tenet destructiue a vna parte ad suū totū

¶ Ad argumēta ante oppo. Ad p̄mum istoꝝ dr qꝫ licet sp et i omni tpe sint idē scd̄m rem significatā et materialiter: differūt tamen scd̄m suos modos significandi et formaliter. quia semper importat tempus distributum sub modo fluxus et fieri ꝛ in omni tempore importat idem tempus distributum p̄ omnibus partibus eius sub modo permanentis siue habitus et quietis. et per hoc distinguūtur totum in quantitate et totū in tempore licet non essentialiter ¶ Ad secundū dicatur qꝫ licet in illo argumento nō ponitur formaliter pars in tempore aduerbialiter ponitur tamē equiualenter et scd̄m rem significatam quia i isto tempore includit virtualiter ipm nūc ¶ Ad tercium dicatur qꝫ licet vniuersale sit sp in aptitudine non tm̄ est sēp in actu. ꝛ eo modo quo ponitur semper esse bene seq̄tur qꝫ est nūc scz scd̄m aptitudinē: sed illa aptitudo reducitur ad actum in suis singularibus et successiue. ¶ Ad quartū dr qꝫ licet ptes tpis nō possunt esse simul scd̄m suū esse reale. sicut p̄teritū non potest esse cum futuro tm̄ possunt esse simul ap prehensione anime q̄ retinet partē p̄teritam et futuram cuꝫ p̄nti. ꝛ sic simul possunt accipi omnes ptes temporis. ¶ Ad quintuꝫ dicitur qꝫ ibi non bene arguitur. quia arguēdo a vna pte tm̄ destructiue oportet arguere ad destructionem totius quantum ad rationem totius ita qꝫ in consequente sibi p̄ponatur negatio destruens totalitatem eius quod non fit in illo argument o. deberet enim sic inferri Adam non est nunc, ergo nō est semper.

¶ Causa ē ad cuius esse seq̄tur aliud scd̄m naturam. Et diuiditur in causam materialeꝫ formalem. efficientem. et finalem.

¶ Postq̄ autor supius determinauit de locis a toto et a parte. hic consequenter determinat de loc⁹ a causa ꝛ ab effectu. Et qꝫ locus a cā i cōmuni est habitudo cause ad effectū. et loc⁹ ab effectu est habitudo effectus ad causam. ideo primo q̄ autor determinet de locis a causa i speciali determinat ꝺ causa i gñali diffiniti-

ne et diuisiue ipsam primo sic. Diffiniens. Causa est ad cuius eē sequitur aliud fm naturā. In q̄ diffinitione intelligitur ens p gñe. ens em diuiditur p causam et effectū et est supius ad vtrūq; fm modū. Deinde ponitur ad cui⁹ eē sequitur aliud ad differentiā effectus q̄ sequitur ad esse alteri⁹ et ad cui⁹ essenō sequitur aliud ratione effect⁹. Et ponitur fm naturaz ad explicandū modū quo effectus sequitur suam causam. Et econtra potest diffiniri effect⁹ q̄ ē ens cuius esse sequitur ad aliud per naturā. vel est partita similitudo siue cause.

Pro quo primo sciendum q̄ sequitur capitur dupliciter vno modo vt dicat ordinem tm vt cū dicitur vnus dies sequitur alium Alio modo vt dicat ordinē et dependentiā vnius ab alio. et hoc modo iterū dupliciter. vno modo vt solū dicit ordinē et dependentiā siue cōsequentie siue illationis vni⁹ ab alio sicut p⁹ sequēs sequitur illatiue ad añcedens et dependet ex ipo fm illationē. Alio modo vt dicit dependentiā in esse vnius rei ab alia. sicut q̄libz effectus fm suū eē dependet a sua cā. Et hoc modo capitur in ista diffinitione vt dicit ordinem dependentie vnius rei ab alia fm suū eē et non solū vt dicit ordinē p.ioris et posterioris. neq; vt solū dicit dependentiā p⁹ seq̄ntie q̄ in argumētatiōe añcedēs non sp est causa cōsequentis licet semper sit causa illatōis eius.

Secundo sciendum est q̄ ad rationē cause non requritur q̄ causa semper p cedat suū effectū fm tp̄s sed q̄nq; precedit ipsum fm tp̄s vt domificator p̄cedit domū fm tēpus. q̄nq; vero p̄cedit ipm secōm naturā tm̄ et simul est tpe cū ipo sicut hō est causa risibilis et tm̄ p̄cedit ipm fm naturā tm̄ et simul est tpe cū eo. ideo ad explicandū quō effectus debet seq̄ causam et causa p̄cedere effectū in diffinitione cause ponitur secōm naturā. et etiam ad differētiā illoz quoz esse vnius sequitur ad eē alterius secōm ordinē et tm̄ nō dependet ex alio secōm naturam vt esse vnius diei non dependet naturaliter ad esse alterius.

Tertio sciendū q̄ causa diuiditur per causam efficientē materialē formalem et finalem. Cuius diuisionis sic habet sufficientia. q̄ ad oēm causam sequitur effect⁹. vel ergo talis causa est intrinseca effectur vel extrinseca. Si intrinseca hoc est dupliciter. quia vel ipa est actus dās esse et sic est causa forma lis. vel potentia recipiens eē et sic ē causa materialis. Si est extrinseca hoc est dupliciter. q̄a vel ipa est id a quo res fit et sic est cā efficiens vel illud ꝓpter q̄d res fit et sic ē causa finalis. Et sumitur ista diuisio nō secōm diuersitatē rerum sed secōm diuersos modos formales q̄a idem realiter fm diuersos modos causandi respectu diuersoz q̄nq; habet ratōem plurū causaz. et non est diuisio generis in suas species sed diuisio analogi q̄ causa fm prius et posterius dicitur de istis quatuor causis.

Quarto sciendū est q̄ cause possunt quatuor modis cōsiderari vno modo secōm ratōem causandi et sic finis est prior. secūdo efficiēs. tercio materia. et quarto forma q̄ in causando rem finis mouet intellectū agentis ad ꝓducendū effectū. et efficiens motus a fine mouet materiā qua dispositā vltimo introducitur forma. Secūdo modo cōsiderant cause ꝓut cōcurrunt ad cōpositionē effect⁹. et sic materia prior est. secūdo forma. tercio efficiēs et vltimo finis. Tercio modo cōsiderantur vt dant esse actuale effectui et sic forma ē prior. deinde efficiens. tercio finis. quarto materia Quarto mō cōsiderāt secōz quā habēt eē existētie per q̄d nobis notificant et sic causa efficiens est prior. secūdo materia. deinde forma et vltimo finis. Et q̄ h̄ cōsiderant secōz q̄ nobis notificāt et ab ipis sumunt loci dialetici ideo isto modo ordinatur in textu. et p⁹ determinatur de causa efficiente q̄ de aliis.

Sed contra predicta arguit̄ Primo sic. aliud dicit diuersitatē essentialem cū sit relatiuū diuersitatis substantie. sed effectus nō sp differt essentialiter a sua causa q̄a cōuenit essētialiter cū sua causa formali ergo male dicit̄ q̄ ad esse cause sequitur aliud. s. esse ctus. Secūdo sic. causa totaliter posita ponitur simul suus effectus. ergo cā non p̄cedit effectū et sic ad eē cause nō sequitur aliud. Tercio sic. causa et effectus sunt simul natura cuz sint relatiua. ergo effectus nō sequitur suā cām secōz naturā. Quarto sic. forma et finis coincidūt vt dicitur secūdo phisicoz. ergo forma non est causa distincta a fine nec mēbra diuisionis sunt opposita. Quinto sic. omis causa precedit suū effectū. sed finis non p̄cedit suum effectum sed sequitur. ergo finis nō est causa et sic male ponuntur cause.

Ad argumēta ante oppositā

Ad primū dicā ꝙ licet aliud ꝓpe sumptū vt est relatiuū diuersitatis substātie dicat diuersitatē essentialē: nō tamen aliud cōmuniter acceptū: vt dicat quācūqꝫ diuersitatē siue essentialē siue accidentalē. vt sumitur in diffinitione cause. Ad secundū dicā ꝙ licet posita causa totali ponat eius effect⁹ simul tempe: nō tamen ponit simul ꝑm naturā. q: naturaliter causa prius habet esse et intelligi ꝙ effectus. ⁊ hoc sufficit ad rōnē cause ꝙ precedat effectū ꝑm naturā. Ad tertiū dicitur ꝙ licet causa ⁊ effect⁹ ꝑm intētiones cause et effect⁹ dicant correlatiue. tamen materialiter ⁊ ꝑm id qđ sunt nō dicunt correlatiue. ideo ꝑm id qđ sunt nō sūt simul ꝑm naturā. Ad quartum dicā ꝙ licet forma ⁊ finis quandoqꝫ coincidant materialiter et ꝑm rem in idē: nō tamen coincidunt in idē formaliter quantū ad suos mōs formales causandi. ⁊ hoc mō ponunt cause adinuicē distincte. Ad q̄ntū dicitur ꝙ licet finis secōm suū esse reale sequat suum effectū: tamen secōm intentionale in intētione agētis sub quo sibi conuenit ratio cause finalis precedit suū effectū. ideo eo modo quo ē causa naturaliter precedit suū effectū.

Causa efficiens est a qua prio fit motus ad hoc qđ fiat aliqd. vt domificator est pri⁹ mouēs ⁊ operās vt fiat dom⁹: ⁊ faber vt fiat cultell⁹. Loc⁹ a cā efficiente est hītudo ipi⁹ cause efficientis ad suū effectū: ⁊ est ꝯstructiu⁹ ⁊ destructiu⁹. Cōstructiue tenet sic. domificator ē bon⁹: ergo dom⁹ est bona. Maxima. si causa efficiens est bona ipm qđ fit est bonum. Destructiue sic. domificator nō est bon⁹: ergo dom⁹ nō ē bona. Maxima. cui⁹ cā efficiēs nō est bona ipm qđ fit nō est bonuz. ⁊ econuerso tenet locus ab effectu ad causam efficientem.

Postq̄ auct⁹ determinauit de causa in cōmuni tam diffinitiue ꝙ diuisiue. hic cōsequenter in speciali vult determinare de locis a causa. et primo de loco a causa efficiēte: eo ꝙ causa efficiens ceteris est nobis notior. rationē cui⁹ ipsam primo sic diffinit. Causa efficiens est a qua primo fit motus. In qua diffinitione primo subintelligit causa loco generis diffiniti. ⁊ ponitur a qua primo fit motus ad differētiā aliaꝝ causarū quarū nulla primo causat motū siue conductionē effectus: sed efficiētiū. sicut patet in productōne effectus. Finis em̄ ratione sue bonitatis p desiderū mouet et attrahit appetitū agentis ad producēduz effectū: ⁊ efficiens sic motū ⁊ tractū a fine disponit materiā ad introductōnē forme: ⁊ sic primo causat motū quo ꝓducitur effectus.

Circo quo sciendum est primo ꝙ loc⁹ a causa efficiēte ē hītudo ipi⁹ ad suū effectū. ⁊ tenet affirmatiue ⁊ negatiue. Affirmatiue sic. domificator est bon⁹. ergo dom⁹ est bona. Maxima. cui⁹ cā efficiēs est bona ipm qđ bonū est. q̄ maxima debet intelligi de bonitate efficiētis inquantū efficiēs. ⁊ nō de bonitate moris: vel de bonitate ei⁹ ꝑm se. et similiter debet intelligi de bonitate forme effect⁹: ita ꝙ si efficiēs sit bonū i rōne cause efficientis: ⁊ vt ꝓducat effectū sequit ꝙ effect⁹ erit bon⁹ bonitate forme ei⁹. nō aūt loquēdo de bonitate finis ⁊ tot⁹ cōpositi. q: si domificator sit bon⁹ artifex ⁊ opet ꝑfecte ꝑm artē ei⁹ ⁊ careat bona materia tunc dom⁹ nō erit bona bonitate finis: q tm̄modo bonitate forme q̄ ꝓuenit ab efficiēte. Negatiue tenet sic. domificator nō est bon⁹. g̃ dom⁹ nō ē bona. Maxima. cui⁹ efficiēs malū ē ipm qđ malū ē.

Secūdo sciendū est ꝙ causa efficiens est duplex. scz causa efficiēs in actu et causa efficiēs in potētia. vt respectu dom⁹ domificator est cā efficiēs in potētia: ⁊ domificās est cā in actu respectu fieri dom⁹. Et q̄libet istoꝝ diuidit. q: quedā est cā vniuoca q̄ ꝓducit effectū sibi similē in spē. vt hō generās hoiez est efficiēs vniuocū. Aliud est efficiēs equiuocuz qđ ꝓducit effectū sibi dissimilē in spē. vt sol generās hoiez est agēs equiuocū. Vñ arguēdo a cā efficiēte in potētia ad suū effectū debet argui ab esse cause ad cē in potētia respectu effect⁹ ⁊ nō ad cē i actu. vt domificator est. ergo dom⁹ est i potētia. ⁊ arguendo a cā efficiēte i actu debet argui ab esse ei⁹ ad fieri ipi⁹ effect⁹. Et arguēdo a cā vni-

uoca ter:et iste locꝰ respectu oim ꝑdicatoꝝ q̄ cōueniūt ipi cause a tota spē.vt plato ē risibilis.ergo sortes ab eo genꝰ est risibꝫ. Sz arguēdo a causa equiuoca soluz tenet respectu ꝟoꝝ predicatoꝝ bonū ⁊ malū esse et fieri.

¶ Tertio sciendū est ꝙ locus ab effectu cause efficientis est ꝟabitudo eius ad suā causam.⁊ tenet affirmatiue sic.domus est in fieri.ergo domificās est. Maxima.posito effectu ꝓpinquo cause efficientis ponit ipm efficiēs. Potest etiā argui respectu ꝟoꝝ predicatoꝝ bonū ⁊ malū esse ⁊ fieri.⁊ tenet negatiue sic.domꝰ nō ē bona.ergo domificatoꝛ nō est bonꝰ. Maxima.Cuiꝰ effectꝰ nō est bonus ipm quoq̄ nō est bonū.⁊ debet intelligi ꙗ si effectus nō sit bonus quantū ad ꝓfectionem forme: eius efficiēs nō est bonū inquantum efficiēs vel producens talem effectū:sicut prius dictuz est in loco a causa efficiente.

¶ Quarto sciendum est ꝙ efficiēs dupliciter se ꝟabet ad suū effectū. Nā ꝙ em efficiens requiritur tm̄ quantū ad fieri ipsius effectus:⁊ nō quantū ad esse.vt domificatoꝛ respectu domꝰ solū requiritur quo ad fieri:⁊ nō quantū ad esse. Sed qn̄q̄ requirit et quantū ad fieri ⁊ quantū ad esse ⁊ ad conseruationē in esse.vt diei sol est causa quo ad fieri ⁊ quo ad esse. et deꝰ respectu oim creaturaꝝ.Et arguendo ab effectu cause efficiētis q̄ requirit quo ad fieri tm̄ ⁊ nō quo ad eē effectꝰ non sequitur esse causē in p̄senti ꝫ in p̄terito tm̄ :sed ad fieri effectus sequit esse illius cause. Sed arguendo ad efficiens rēq̄sitū ad esse ⁊ fieri simul semper sequitur affirmatiue esse cause ad esse effectus.vt bene sequitur dies est.ergo sol est.Et qn̄ est ꝟabitudo necessaria cause ad effectū. etiā sequit negatiue a negatōe effectꝰ negatio cause. Sed quādo ꝟabitudo est contingens nō tenet negatiue.vt nō sequit sortes nō est:ergo deꝰ nō est. Sed isti diuersi modi arguendi nō sumūtur ab efficiente inquantū efficiens ē:sed ab efficiente inquantuz tale vel tale efficiēs est.

¶ Sed contra ꝑdicta arguitur ꝓmo sic.causa efficiēs est de consideratione phȳsici cū sit causa motus. ergo nō est de cōsideratione logici:⁊ sic ꝟic male diffinitur.

¶ Secūdo sic.efficiēs nō mouet nisi ꝓꝰ moueatur a fine.ergo finis ē a quo ꝓmo f t morꝰ ⁊ nō a causa efficiēte.

¶ Tertio sic.causa efficiēs est extrinseca suo effectui.ergo in loco a cā efficiēte terminꝰ inferēs est extrinsecus termino illato:⁊ sic erit locꝰ extrinsecꝰ.⁊ ꝙ cōsequēs male diffinitur inter locos intrinsecos.

¶ Quarto sic.nō sequit deꝰ est bonus:ergo latro est bonꝰ,ergo locꝰ a cā efficiēte nō tenet affirmatiue. ¶ Quinto sic.non sequit domꝰ est:ergo domificatoꝛ ē cū antecedēs sit verū et cōsequens falsum.ergo locꝰ ab effectu cause efficientis non tenet constructiue.

¶ Ad argumēta ante oppositā. Ad primū istoꝝ dicatur ꝙ licet causa efficiēs inquantū est causa motus ⁊ rerum naturaliū et principiū cognoscendi ipsas sit de consideratione phȳsica:tamen inquantū ab ipa sumitur locus ꝺyaletic ꝙ ꝟabitudinē ad suū effectum ipsa est de consideratione logici. ¶ Ad secundū dicit ꝙ licet a fine fiat motus intentionalis ⁊ spūalis in efficiēte.tamen ab ipso nō fit primꝰ motꝰ realis de quo ꝟic solū intelligitur. finis em̄ nō mouet intentionē agēntis motu ꝓprie dicto:sed tm̄ per similitudinē.sicut pomū apprehensuz intētionaliter mouet appetitū pueri ad persecutōnē ei. ¶ Ad tertiū dicit ꝙ licet causa efficiēs ꝑm eē sit extrinseca effectui:tamen ꝑm virtutē et similitudinē ei est aliquo mō sibi intrinseca.⁊ ꝟoc sufficit ad causandū locū intrinsecū.qz ꝟic sumitur argumentū a causa efficiēte ea parte qua conuenit cū effectu. ¶ Ad quartū dicit ꝙ ibi nō arguitur a causa efficiente ad suū effectū: eo ꝙ latro nominat viciuz cuius vicij:deꝰ nō est causa.licet enim deus sit causa efficiēs ꝟominis:tamen nō est causa viciꝝ ei.et bene sequitur deus est bonus.ergo ꝟō latro quantū ad ꝟumanitatē ei est bonus.scz bonitate entis licet nō bene bonitate moꝝ. ¶ Ad qn̄tū dicitur ꝙ ibi nō sequitur. qz arguit ab esse effectus ad esse cause que requiritur quantū ad fieri tm̄ et nō quo ad esse.et respectu talis cause non tenet iste locus ab effectu arguendo respectu istius p̄dicati est.

¶ Materia est ex q̄ cū alio aliq̄d fit. Et est duplex. q̄dā em̄ est ꝓmanens ⁊ q̄dā est trāsiēs. Permanēs vt in cultello ferrū. Trāsiens vt in pane farina ⁊ aq̄.⁊ diffinit etiā sic materia. Materia

est q̄ tm̄ est in potentia. Loc⁹ a cā materiali ē hitudo ipi⁹ ad suū effectū. ⁊ est ꝓstructiu⁹ ⁊ destructiu⁹. Lōstructiue sic. ferrū est: ergo arma ferrea pñt esse. Maxia. posito cā materiali possibile ē ei⁹ effectū poni Destructiue sic. ferrū nō ē: ergo arma ferrea nō pñt esse. Maxia. remota cā materiali pmanēte tm̄ remouet ⁊ ei⁹ effect⁹. Loc⁹ ab effectu cause materiał tenet ꝓstructiue sic. arma ferrea sunt: ergo ferrū est. Maxima. posito effectu cause materiał pmanēte ponit ei⁹ cā. Loc⁹ ab effectu cause materiał trāseūte tenet ꝓstructiue. vt vitr̄ vł panis ē: ergo filix vł farina fuit. materia em̄ trāsiēs nō manet sz trāsfert in aliā materiā. Maxia. posito effectu materie trāseūte necesse ē ipaz matiā pfuisse

Postq̄ autor determinauit de loco a cā efficiente. hic cōsequēter determinat de loco a cā materiali. rōne cui⁹ sic pmo diffinit materiā. Materia est ex qua cū aliquo fit aliq̄d. que diffinitio sic debz itelligi. materia ē cā ex q̄ cū alio .i. cū forma fit aliq̄d. s. totū ꝓpositū. ⁊ ponit ibi cā loco generis. ⁊ totū residuū ad dīam aliaz causaz. Cū ex fine ⁊ efficiēte nō fit totū ꝓpositū: cū ille cause sint extrinsece. ⁊ etiaz ex forma nō fit totū ꝓpositū tanq̄ ex materia ex q̄ sic intelligit de materia i ista diffinitiōe. ipa em̄ materia ē pma potētia ex q̄ pmo originat totū cōpositū. Et alit sic diffinit. Materia est q̄ tm̄ est ens i potētia. q: materia de sua natura nō hz eē in actu: ꝫ i potentia tm̄.

Ppter quo primo sciendū ē q̄ materia duplicit accipit. vno mō spāliter. put est pmū subiectū forme substātialis: ⁊ ē ps ꝓpositi de genere substē. Alio mō capit cōiter ꝓ oi illo ex quo ꝑ modū potētie ꝓpit aliq̄d: siue ꝓ oi illo qđ ꝓcurrit ad ꝓpositōez alterius tāq̄ potētia recipiēs eē. ⁊ sic recipit tā i rebus naturalib⁹ q̄ actualib⁹. ⁊ tā i rebus corꝑalib⁹ q̄ spūalib⁹. ⁊ hoc mō capit hic. Et sic diuidit. q: q̄dā ē materia pmanēs ⁊ alia trāsiēs. Pmanēs ē illa q̄ sub ꝓpria forma et spē pmanet in suo effectu. vt ferrū in cultello. Transiens est illa que sub ꝓpria specie et ratione nō pmanet in suo effectu. sed de vna specie transit in aliā in cōstituendo effectum. vt in pane est farina. filix in vitro. et lutum in latenibus.

Secundo sciendū est q̄ loc⁹ a cā materiali ē hitudo ipi⁹ ad suū effectū. Et semp tenet affirmatiue i q̄libet materia transeūte ⁊ pmanēte. vt aq̄ ⁊ farina sūt. ergo panis pt eē. Maxia. posita cā materiali ponit ei⁹ effect⁹ fim potētiā: eo q̄ materia dicit esse potētiale ipi⁹ effect⁹: cū sit i potētia ad suū effectū. ꝫ iste loc⁹ tenet destructiue i materia pmanēte. vt ferrū nō ē. ḡ arma ferrea nō sūt. Maxia. remota materia pmanēte remouet ei⁹ effect⁹. ꝫ i materia trāseūte nō tenet negatiue. vt nō sequit filix nō ē. ḡ vitrū nō ē. eo q̄ talis effect⁹ pōt eē nō existēte illa materia q̄ nō est pmanēs in suo effectu. Si tm̄ destruatur materia transiens ꝑ toto tempe p:esenti et p:eterito sequeret destructio effect⁹. vt dicendo filix nō est nec fuit: ergo vitrū non est.

Tertio sciendū est q̄ iste loc⁹ a cā materiali solū tenet ꝓstructiue ab eē materie ad posse eē ipi⁹ effect⁹. ⁊ nō ad eē ipi⁹ in pñti. cui⁹ rō ē: q: argnēdo a cā ad effectū ab eē cause dz iferri eē effect⁹ eo mō quo ponit i tali cā. ꝫ eē effect⁹ materie ponit i potētia tm̄ ⁊ nō i actu. eo q̄ materia ē ens i potētia tm̄. tō arguēdo affirmatiue a materia arguit ab eē ei⁹ ad posse eē i futuro ipi⁹ effect⁹. ⁊ ꝫ pōt argui nō solū a materia ex q̄: ꝫ a materia i q̄ ⁊ circa quā. q: gñaliter ois materia ponit potentialit eē sui effect⁹. vt bñ sequit corꝑ⁹ ē. ḡ albū pōt eē. vel scibile est. ḡ scientia potest eē.

Quarto sciendū est q̄ loc⁹ ab effectu cause materialis est habitudo ipsius ad materiā ei⁹. Et in q̄libet materia tenet cōstructiue. sed in materia pmanēte arguit ab esse effect⁹ ad eē cause in p:esenti. vt cultell⁹ est: ḡ ferrū est. Maxima. posito effectu materie pmanētis necessario ponit illa materia q̄

remanet i suo effectu. Sz in materia trãseunte tenet arguendo ab esse effect⁹ non ad esse vltius cause in p̃senti: sed ad fuisse in p̃terito. vt vitrũ est. ergo filix fuit. Sed iste loc⁹ non tenet destructiue: q̃ destructo posteriori nõ oport̃ p̃⁹ destrui. & effect⁹ est posterior sua causa materiali. ideo d̃structo effectu nõ oport̃ destruere illam materiam.

¶ Sed contra p̃dicta arguitur Primo sic. hec diffinitio materie cõuenit forme. q̃ ex forma cũ materia fit aliqd. sez totũ cõpositũ. ergo nõ p̃uenit soli diffinito. ¶ Secudo sic. ois materia ẽ i actu p̃ formã: cũ materia sit sub forma. g̃ materia nõ ẽ ens i potẽtia tm̃. ¶ Tertio sic. materia req̃rit̃ i p̃posito tã ad eẽ q̃ ad fieri. g̃ ois materia remanet in esse sui effect⁹. ⁊ p̃ p̃seq̃ns ois materia est p̃manẽs ⁊ nulla est trãliẽs. ¶ Quarto sic. nõ sequit̃ ligna ⁊ lapides fũt. g̃ dom⁹ põt eẽ. q̃ ad possibilitatẽ dom⁹ nõ sufficit possibilitas materie ei⁹: & req̃rit̃ possibilitas efficãtis ei⁹ tiõ si nõ cẽt domificato: p̃mũ añs posset esse vel p̃ñte exñte falso. g̃ locus a cã materiali nõ tenet affirmatiue. ¶ Quito sic. nõ sequit̃ cultell⁹ est: ergo ferrũ ẽ. q̃ cultell⁹ põt esse ex alio metallo. ergo loc⁹ ab effectu cause materialis permanentis nõ tenet affirmatiue.

¶ Ad argumẽta ante oppositа. Ad p̃mũ d̃: q̃ si capiat̃ ex gñaliter vt dicit habitudinẽ cuiuslibet cause: sic cuz ex forma materia fit totũ p̃positũ. & si capiat̃ spãliter vt dicat habitudinẽ potẽtie ex qua p̃mo fit p̃positã: sic p̃positũ nõ d̃ hẽri ex forma. ⁊ sic capiat̃ in diffinitõe materie. ¶ Ad secũdũ d̃: q̃ licet materia sit q̃ ẽ actuata p̃ formã sit ens in actu tm̃ sm̃ eẽntiã ei⁹ ẽ ens i potẽtia tm̃. q̃ de sua natura nõ includit aliquẽ actũ. ¶ Ad tertiũ d̃: q̃ lz ois materia aliquo mõ remanet i effectu sm̃ suã eẽntiã p̃fusaz: nõ tm̃ semp remanet sub ꝑpa spẽ et rõne quã hẽbat ante q̃ faceret p̃positũ: q̃d tm̃ req̃rit̃ ad hoc q̃ dicat̃ materia p̃manẽs. ¶ Ad q̃rtũ d̃: q̃ ad eẽ materie nõ sequit̃ possibilitas effect⁹ q̃ attẽdit̃ in ordine ad oms suas cãs. & bñ sequitur possibilitas effectus que se tenet ex parte cause materialis. ideo posita cã materiali ponit̃ eius effectus sm̃ potentiã passiuaz materie. ¶ Ad quintũ d̃: q̃ ibi nõ arguit̃ a cã materiali ad suũ effectũ. q̃ cultell⁹ in cõmuni nõ ẽ effectus ferri: sed cultellus ferre⁹. ⁊ tunc semp sequitur cultellus ferreus ẽ: ergo ferrum est.

¶ Forma est que dat esse rei ⁊ cõseruat eã i esse. Loc⁹ a cã forma li est habitudo ipsi⁹ cause formalis ad suũ effectũ. ⁊ tenet cõstructiue et destructiue. Constructiue sic. albedo est: ergo album est. Maxima. posita causa formali ponit̃ ⁊ eius effect⁹. Destructiue sic. albedo nõ est: ergo albuz nõ est. Maxima. remota cã formali remouet̃ ei⁹ effect⁹. Econtra vo ẽ de effectu cause formal̃

¶ Postq̃ determinatũ est de loco a cã materiali. hic cõsequẽter determinat̃ de loco a cã formali. que quidẽ forma sm̃ esse ⁊ via gñationis sequit̃ materiã. rõne cui⁹ ipsam p̃mo sic diffinit. Forma est q̃ dat esse rei ⁊ cõseruat rem in esse. vbi intelligit̃ cã loco generis diffiniti. Et ponit̃ que dat esse rei ad differentiaz materie que nõ dat eẽ simpliciter ⁊ in actu ipi rei. materia eñ est recipies esse p̃positi. ⁊ forma est dans ⁊ influẽs ipm esse. ⁊ si sit forma substantialis dat esse substantiale. ⁊ si sit accidẽtalis dat eẽ accidẽtale. deinde ponitur ⁊ p̃seruat rem in eẽ: ad differentiã cause efficiẽtis ⁊ finalis q̃ q̃nq̃ solũ requirunt̃ quantum ad fieri ipius rei: ⁊ non quantum ad esse. sed forma semper requiritur ad esse rei.

¶ Vbi est p̃mo sciendũ q̃ q̃dã est forma p̃tis q̃ actuat p̃tẽ p̃positi. sez materiã: rõne cui⁹ d̃ forma p̃tis. alia est forma totius: q̃ est act⁹ totius cõpositi resultãs ex vnione forme p̃tis ⁊ materie. et d̃ forma totius eo q̃ informat ipm totũ quantũ ad oẽs p̃tes cõponẽtes ipm. sicut in aiato aia est forma partis q̃ informat ipm corp⁹ q̃d est materia aiati. ⁊ esse animatũ resultãs ex vnione aie cũ corpore est forma totius ei⁹. ⁊ quelibet harũ itez diuiditur. q̃ quedã est forma cõmunis: ⁊ q̃daz ꝑpria. vt respectu hois forma totius cõmunis est animalitas. ⁊ humanitas est forma ꝑpa sed forma partis cõmunis ẽ aia. ⁊ aia rationalis est forma partis sibi ꝑpria. Et de quaslibet harũz formarum potest intelligi diffinitio forme p̃⁹ posita: licet p̃fect⁹ p̃ueniat forme ꝑpe q̃ cõi: ⁊ forme totius q̃ forme partis.

Secundo sciēdū est ꝙ locus a causa formali est habitudo ipius ad suū effectū. Et tenet affirmatiue sic arguēdo. albedo est: ergo albū est. Maxima. posita cā formali ponit⁹ effect⁹. cui⁹ ratio est. q causa formalis habet idē esse cū suo effectu: et per idē esse semp existunt causa formalis ⁊ suus effect⁹. vt homo ⁊ aia eius habent vnū ⁊ idē esse. ideo posita cā formali in esse oportet ponere suū effectū: ⁊ econtra. posito effectu ponit forma ei⁹. ⁊ etiā destructa forma destruit effect⁹: ⁊ ecōtra. ideo etiā tenet negatiue. vt albedo nō est: ergo albū nō est. Maxima. remota causa formali remouetur eius effect⁹.

Tertio sciendū est ꝙ locus a causa formali tenet tam in substātiali ꝙm in accidētali. ⁊ tā in forma panis ꝙm i forma toti⁹: dum tm arguat a cā formali ꝓpria. sz arguēdo a cā formali cōmuni nō tenet cōstructiue. vt nō sequit aia est: ergo homo ē. Et licet bene sequat nō est aia: ergo nō est homo. tm bn nō est ꝓpter habitudinem forme ad suū effectū: sed ꝙ locū a toto vniuersali. Et tenet etiā iste loc⁹ respectu hui⁹ predicati ee vel nō ee: et nō respectu predicator⁹ particularū. q licet forma cōuertat in ee cū suo effectu: nō tm semp suscipit eandē denominationē cuz suo effectu: nec econtra. effectus semp suscipit denominationes conuenientes ipsi forme.

Quarto sciēdū est ꝙ loc⁹ ab effectu cause formali est habitudo ipsius ad suā cām formalē: ⁊ tenet cōstructiue et destructiue. ⁊ eodē mō formant in ipo argumēta et maxime sic i loco a cā formali. ponēdo tm effectū ꝓ termio inferēte: ⁊ cām ꝓ termio illato. Et arguēdo p istū locū oportet eo modo attribuere ee cause formali sic suo effectui: ita ꝙ si effect⁹ habeat ee ꝓmanēs et cōpletū debet etiā infem ee cōpletū de ipa forma. ⁊ si solū sit in ee successiuo ⁊ solū in trāsitu. sicut aliquis dicit nube⁹ ex vere cādia in trāsitu solū debet eodem modo poni cā ei⁹ ⁊ similiter de alijs modis eēndi in Et tunc semp tenet iste loc⁹ ab effectu ee cause formal' ad suā cām.

Sed contra p̄dicta arguitur Primo sic. prima causa dat esse omni creature ⁊ eā conseruat in esse. ⁊ tamen nō est causa formalis sed effectiēs creature. g diffinitio forme conuenit illis a diffinito. Secūdo sic. quantitas p̄t esse sine quanto: ⁊ albedo sine albo. vt in sacramēto altaris quātitas ē sine subiecto. ergo nō sequit quātitas est: g quantū est. ergo loc⁹ a cā formali nō tenet cōstructiue. Tertio sic. nō sequit gnatio nō est g genitū nō ē. ⁊ tm gnatio ē forma denominans aliqd esse genitū. g loc⁹ a cā formali nō tenet destructiue. Quarto sic. nō sequit sol ē calidus: g in sole ē caliditas. q antis est vez et cōsequens falsuz. g loc⁹ ab effectu nō tenet constructiue. Quinto sic. nō sequit hō nō est: g aia rōnal nō ē. q hoie mortuo aia rōnal' remanet i ee. ⁊ tm ibi arguit ab effectu cause formal' ad suā cāz. g iste loc⁹ nō tenet negatiue.

Ad argumēta ante oppositā

Ad p̄mū istor⁹ dr ꝙ licet prima cā debet ee ꝙ trisece ⁊ effectiue oī creature: nō tm formaliter et intrinsece sicut intelligit hic de cā formali.

Ad secundū dicit ꝙ si ponat quātitas sine quāto. vt albedo sine albo. vt in sacramento altaris vbi accidēria subsistūt sine subiecto tūc quātitas nō est cā formalis ipsi⁹ quanti: nec albedo albi. ⁊ ideo ibi non arguit tunc a causa formali ad suū effectū. vnde quātitas ista nō habet suū effectū: q est dare ee quātū.

Ad tertiū dicitur ꝙ licet generatio quantū ad denominationē habeat modū forme respectu genit⁹: nō tamen est ꝑm rem formaz dans sibi esse. ꝫ est mutatio aut via ad ee genit⁹: nō ibi nō arguit a cā formali. Ad quartū dicitur ꝙ licet sol sit calid⁹ effectiue: eo ꝙ efficit calorē in istis inferioribus: nō tamen est calid⁹ formaliter. ⁊ eo modo quo est calidus sz effectiue bene sequit ꝙ in eo est caliditas: vt i causa efficiēte. Ad quintū dicit ꝙ quando anima est separata a corpore nō existēs i homine tunc ipsa nō est causa formalis hois in actu licet in potēcia tm. q non dat sibi esse in actu. ⁊ ibi nō bn arguit ab effectu ad suam cām formalē inquantum est causa formalis.

Finis est gra cui⁹ aliqd fit. Locus a cā finali est habitudo ipi⁹ ad suū effectū. et est cōstructiu⁹ et destructiu⁹. Constructiu⁹ sic. beatitudo ē bona: ergo vt⁹ ē bona. Maxia. cui⁹ finis bonus ē ipm ꝙ bonū ē. Destructiue sic. pena nō ē bona ergo pctm nō ē

bonū. Maxia. cui⁹ cā mala est ipm ꝙ malū est. Ecōuerso autē est de loco ab effectu cause finalꝭ

¶ Postꝙ auto: determiauit de loco a causa fo:mali.hic cōsequēter determiat de loco a cā finali:eo ꝙ cā finalis in suo esse reali mediāte foāa acqrit. rōne cui⁹ p:imo sic diffinit finē dicēs.ꝙ Finis est gratia cui⁹ aliquid fit. Cui⁹ rō est:q: illud qđ trahit ⁊ mouet intentionē agentis ad ꝓducēdū effectū est gratia cui⁹ aliqd fit: & finis trahit ⁊ mouet appetitum agentis ad p:oducendum effectū. ratione cuius dicitur finis. q: finit ⁊ termiat intentionē agentis.ideo finis est gratia cui⁹ aliqd fit.etiā hoc differt ab alijs causis. quia nulla aliarū terminat intentionē agentis:sed solum illud qđ habet rationem finis.

¶ Pro quo p̄mo sciendū est ꝙ finis dupliciter capit. vno mō ꝓ termino duratōnis alicui⁹ rei.vt mo:s quando ꝙ dicitur finis hois:q: finit duratione ei⁹. vel termin⁹ rēpestatis d: finis ei⁹. et hoc mō finis nō est causa:nec isto mō hic accipit. Alio mō capit finis ꝓ illo qđ finit intentionē agentis in ꝓducēdo effectū:et est bonū cōsequēs ad ipm effectū.⁊ hoc mō est cā ⁊ etiā hoc mō accipit hic.Et diuidit:q: qđā est finis quo seu q o:dinat ad vltimū finē ꝓsequendū:⁊ respectu p:ecedentiū d: finis:⁊ respectu sequentiū q mediāte ipo acqrūt d: finis quo.vt pecunia acqsita ꝓ multa media d: finis cuy.⁊ vt valet ad alios fines d: finis quo. Alī⁹ est finis grata cui⁹.⁊ est finis acquisit⁹ in ratōne vltimi ⁊ inquantū est causa mediorū p̄cedentiū. vtrūq; istoy finiū conuenit diffinitio finis:finis q vterq; est gratia cui⁹ respectu mediorū p̄cedēciū.idē em̄ materialiter potest dici finis quo ⁊ finis gr̄a cui⁹ respectu diuersoruz.

¶ Secūdo sciendū est ꝙ locus a causa finali est habitudo ipsi⁹ ad suū effectū. Et tenet affirmatiue sic.bitudo ē bona: ergo virt⁹ est bona. Maxia. cui⁹ finis bon⁹ est ipm ꝙ bonū est. Et ratio est.q: bonitas rei sumit ex bonitate finis.⁊ eadē est bonitas finis ⁊ mediorum ordiatoy ad finē.iō si finis sit bon⁹ media i fine o:diata sūt bona. Negatiue sic,intfectio hois ē mala.q; gladi⁹ē mal⁹. Maxima.cui⁹ finis mal⁹ est ipm ꝙ malū ē. Et ecōtra:loc⁹ ab effectu cause finalis est habitudo ipsi⁹ ad suū cām. Et tenet affirmatiue et negatiue.⁊ poter argui per ipm conuertendo argumenta ⁊ maxumas p:ius positas.

¶ Tertio sciēduz est ꝙ finis potest dupliciter cōsiderari. vno mō m:tenaliter finis id qđ est nō p̄fectū ad media quoꝝ ē est finis. Alio modo cōsideratur formaliter ⁊ in ratione finientis:et sic importat respectuz ad media q finit.⁊ hoc modo bonitas finis i ratione finis includit bonitatē mediorum que o:dinantur in ipm. Et arguendo ꝑ locū a causa finali nō sufficit ꝙ finis sit sit bonus ad inferendū bonitate effectus:sed requiritur ꝙ sit bonus in ratione finientis.quia solum illo modo habet rationem cause finalis.

¶ Quarto sciēdū est ꝙ effect⁹ cause finalis est mediū o:dinatū ad aliquem finē acquirendū.sicut virtus o:dinat ad beatitudinē. Sed duplicia sunt media o:dinata in finē.q: quedā sunt media o:dinata per se: et alia sunt media o:dinata solū ꝑ accidens. Media p̄ se o:dinata sunt illa sine quibus finis nō potest acquiri.sicut est virt⁹ respectu beatitudinis. Sed media ꝑ accidens sunt illa sine quib⁹ finis pōt acquiri.vt ē inebriatio respectu sanitatis q qñq; est accidētaliter mediū quo sanitas acquirit. Et loc⁹ ab effectu cause finalis solū tenet in mediis per se ⁊ nō in mediis per accidēs.quia non sequitur inebriatio est mala:ergo sanitas est mala.

¶ Sed contra p̄dicta arguitur Primo sic.nullu malū est finis.q: finis habet rationē boni:cū sit appetibilis ab efficiente:⁊ tamen aliquod maluz est gratia cui⁹ aliquid fit.vt quandoq; interfectio innocēcis est gratia cui⁹ aliquid fit.ergo ista diffinitio cōuenit alijs a diffinito. ¶ Secūdo sic.nō sequit elemosina est bona:ergo furari ad dādū elemosinā est bonū.⁊ tñ ibi arguit a causa finali cōsimiliuc.ergo iste loc⁹ nō tenet affirmatiue. ¶ Tertio sic,nō sequitur fectio nō est:ergo sectio nō est.q: antecedens potest esse verum cōsequente existente falso. ergo loc⁹ a causa finali nō tenet negatiue. ¶ Quarto sic.bonitas finis nō dependet a bonitate mediorū:& econtra.ergo a bonitate mediorum nō sequitur bonitas finis.ergo loc⁹ ab effectu cause finalis nō tenet affirmatiue respectu huius p̄dicati bonū. ¶ Quinto sic. Non sequitur aliq⁹ homo non est bonus;ergo beatitudo non est

pona, vel ꝯ homo est malus: ergo felicitas est mala, et tamen ibi arguitur ab effectu cause finalis ad suam causam. ꝯ homo enim producitur est propter beatitudinem acquirendam. ergo locus ab effectu cause finalis non tenet negatiue.

¶ Ad argumẽta ante opposita

Ad primum istorum dicitur ꝙ licet malum sub ratione mali nõ sit finis, inquantũ tamen est apparens bonum potest ꝯ habere rationem finis. et hoc mõ malum sub ratione boni apparẽtis est ḡra cuiꝰ aliq̃d fit: et isto modo est finis. ideo ista diffinitio non conuenit alijs a diffinito.

¶ Ad secundum dicẽ ꝙ licet elemosina fiat ne sit bona: tm̃ elemosina ex furto nõ est bona in ratione finientis: q; nõ est finis acq̃situs p bona media. ¶ Ad tertium dicẽ ꝙ locus a causa finali nõ tenet respectu ꝯ uiꝰ predicati esse: ꝫ solũ respectu ꝯ orum predicatorum bonũ et malũ. eo ꝙ finis et effectus eius nõ ꝯ habent conuenientiã in esse: sed quantũ ad esse finis extrinsecꝰ suo effectui. sed ꝯ habent cõuenientiam quantũ ad bonitatẽ. q; eadẽ ẽ bonitas finis et effectus eius. ideo ibi nõ bene arguitur per locũ a causa finali. ¶ Ad quartum dicitur ꝙ licet bonitas finis nõ dependeat ex parte mediorum in genere cause finalis: tm̃ dependet ab ipis effectiue. et dato ꝙ nõ causet ab ipis adhuc posset sequi illatiue ex bonitate mediorum bonitas ipsiꝰ finis: eo ꝙ media capiunt bonitatẽ ex parte finis. ¶ Ad quintum dicẽ ꝙ licet aliquis ꝯ sit malꝰ ꝯ hoc nõ est ex effectu beatitudinis. q; nõ disponit se ad talẽ finem per liberũ arbitriũ: sed deuiat a tali fine et priuat se bono ad quod erat ordinatus. ideo ibi nõ arguitur ab effectu cause finalis, et sic patet de locis a causa ab effectu.

GEneratio est pgressio a nõ esse ad esse. Locꝰ a generatõne est habitudo ipsiꝰ generatõis ad suũ generatum. Et est ꝯstructiuus et destructiuꝰ. ¶ Cõstructiue sic. generatio domꝰ est bona: ergo domꝰ est bona. ¶ Maxia. cuiꝰ generatio ẽ bona ipm̃ ꝙ bonũ est. Destructiue sic. generatio latronis ẽ mala: ergo latro ẽ malꝰ. ¶ Maxima. cuiꝰ generatio ẽ mala ipm̃ ꝙ generatum malum est. Econuerso aũt ẽ de loco a generato. Corruptio ẽ pgressio ab eẽ ad nõ eẽ Locꝰ a corruptõne ẽ ꝯitudo corruptõis ad corruptum Et ẽ ꝯstructiuꝰ et destructiuꝰ. ¶ Cõstructiue sic. corruptio antixpi ẽ bona ergo antixps ẽ malꝰ. ¶ Maxima cuiꝰ corruptio ẽ bona ipm̃ corruptum malum ẽ. Destructiue sic. corruptio domꝰ ẽ mala: ergo domꝰ est bona. ¶ Maxima. cuiꝰ corruptio mala est ipm̃ ꝙ bonum est. Et econuerso est de loco a corrupto.

¶ Postq̃ autor determinauit de locis a cã et effectu. ꝯ hic ꝓnter determinat de loco a gnãtõe et corruptõe. et priꝰ de loco a gnãtõe. q; ipsa se habet vt habitꝰ: corruptio vo vt priuatio. rõne cuiꝰ primo diffinit gnãtionẽ dicẽs. Generatio est pgressus de nõ esse ad eẽ. et capit ibi pgressio generaliter pro mutatione in cõmuni et nõ specialiter p motu pgressiuo. ideo ibi pgressio ponit loco generis. Et ponit a nõ esse ad esse: ad explicandum̃ termios generationis. q; nõ esse est terminꝰ a quo: ipeꝰ esse veroꝰ ẽ terminꝰ ad quem Vnde ois motus et mutatio ꝯ habent cognosci p suos terminos et persuũ terminum̃ ad quẽ accipit spẽm et differentiam ab alijs. ideo isti terminꝰ ponunturin ista diffinitione: ad differentiam omniũ aliarum specierum motus.

¶ Pro quo pro sciẽdum̃ ꝙ generatio dupliciter accipitur. Vno modo specialiter, put est mutatio de nõ esse substantie ad esse substantie: et sic solũ repert in substãtijs. Alio modo accipit p quacũq; mutatõne de nõ esse ad esse: siue sit ad eẽ substãtie siue accidentis. et ꝯ hoc modo gnãtio cõuenit tam substantijs ꝙ accidentibꝰ. et gnãtio substãtie est gnãtio simpliciter dicta: gnãtio vo accidentis est gnãtio fm̃ quid et imperfecta. hic autẽ sumit cõmuniter gnãtio tam pro generatio-

ne substãtie q̃ p:o generatione accidẽtis. q: ad vtrũq; tenet locũ a gñatione: ⁊ etiã vtriq; cõuenit diffinitio gñationis p:ius posita: licet per p:ius conueniat generationi substantie.

¶ Secũdo sciendũ est q̃ locus a generatione est ꝯabitudo ipsius ad generatũ. Et tenet affirmatiue. vt gñatio dom⁹ est bona. ergo domus est bona. Maxima. cui⁹ gñatio est bona ipm quoq; bonũ est. Cui⁹ ratio est. q: generatio intrinsece terminatur ad esse geniti. ideo generatio dicit vnũ et idẽ eẽ cũ ipo genito. ideo si gñatio sit bona bonitate q̃ est ex parte geniti ad qd̃ terminat̃ oportet genitũ esse bonũ. ⁊ si sit mala erit malũ ⁊ econtra: eo q̃ dicũt vnũ ⁊ idẽ esse. ℞ generatio importat ipm in fieri ⁊ genitũ in facto eẽ. Et tenet iste loc⁹ negatiue sic. gñatio furis ẽ mala. ergo fur ẽ mal⁹. Maxima. cui⁹ gñatio est mala ipsum quoq; malũ est. Et p:oportionaliter potest diffiniri loc⁹ a generato ad generatiõẽ. Et tenet affirmatiue ⁊ negatiue. ⁊ formantur argumẽta ⁊ maxime similiter sm ipsum sicut scdm locum a generatione.

¶ Tertio sciendus est q̃ pgressio ab esse ad nõ esse. vt corruptio sortis ẽ pgressio a suo eẽ ad nõ eẽ ei⁹. Et capit̃ pgressio p mutatiõe in cõmuni in loco generis. Deinde ponit̃ ab esse ad nõ esse. q: esse est terminus a quo corruptionis ⁊ nõ esse est termin⁹ ad quẽ. ⁊ ab illo nõ esse capit corruptio spẽz et differentiã a gñatione et ab alijs motib⁹. Et q: nõ esse rei est oppositũ ipsi eẽ rei. iõ corruptio q̃ essentialiter importat non esse rei est quodãmodo opposita rei que corrumpitur. ⁊ inde est q̃ a corruptione ad corruptuz arguit respectu diuersoꝝ p:edicatoꝝ: ⁊ ecõtra. licet in loco a generatione semp arguat̃ respectu eiusdẽ p:edicati in antecedente ⁊ cõsequẽte.

¶ Quarto sciendũ est q̃ locus a corruptiõe est ꝯabitudo ipi⁹ ad suũ corruptũ. Et tenet affirmatiue sic. corruptio antixpi est bona. ergo antixps ẽ mal⁹. Maxia. cui⁹ corruptio est bona ipm q̃ malũ est. Cui⁹ ratio est. q: corruptio ⁊ corruptũ opponunt̃ inter se: sicut esse ⁊ nõ esse. q: corruptio dicat nõ esse corrupti in fieri. ℞ si vnũ oppositoꝝ fuerit bonũ alteruz erit malũ. ideo cũ corruptio sit bona ipm corruptũ erit malũ: ⁊ econtra. si corruptũ sit bonũ corruptio erit mala. Et tenet negatiue, vt corruptio dom⁹ est mala. ergo dom⁹ est bona. Maxima. Cui⁹ corruptio est mala ipm q̃ bonũ est. q: corruptio nõ dicatur mala nisi inquantũ opponitur bono: et est corruptiua boni. Et loc⁹ a corrupto dr̃ ꝯabitudo ipsius ad suã corruptionẽ. ⁊ tenet affirmatiue ⁊ negatiue. ⁊ formant argumenta et maxime eo⁹ simili⁹ sic in loco a corruptõe.

¶ Sed contra predicta arguit̃ Primo sic. generatio dom⁹ pot̃ esse domo nõ existẽte. ergo si illa gñatio sit bona dom⁹ nõ erit bona: cũ dom⁹ nondũ sit. ergo nõ sequit̃ affirmatiue per locũ a generatõne. generatio domus est bona. ergo dom⁹ est bona. ¶ Secundo sic. nõ sequitur: latro est mal⁹. ergo generatio ei⁹ est mala. q: potest stare q̃ ꝯabuerit perfectã generatione. ergo locus a generato nõ tenet negatiue. ¶ Tertio sic. corruptio opponit̃ corrupto: et ita tenet loc⁹ a corruptione rõne discõuenientie corruptõis ad corruptũ ⁊ nõ gratia cõuenientie. ergo ille loc⁹ est extrinsecus: cũ termin⁹ inferẽs sit extrinsec⁹ termino illato: et ita ꝯic male ordinat̃ int̃ locos intrinsecos. ¶ Quarto sic. nõ sequit̃ corruptio rp̃i fuit bona. ergo rp̃s fuit mal⁹. q: antecedẽs est vez ⁊ cõsequẽs falsum. ergo locus a corruptione nõ tenet ꝓstructiue. ¶ Quinto sic. nõ sequitur antixps nõ est bon⁹. ergo corruptio eius est bona. cum antecedens sit verum et cõsequens falsum. et tamen ibi arguitur negatiue a corrupto ad corruptionem. ergo ille locus non tenet negatiue.

¶ Ad argumenta añ opposita

Ad p:imũ dicit̃ q̃ q̃n generatio cuiuscũq; rei p:ecedit ipm genitũ: ipsa nõ est bona bonitate finis nisi aptitudine tm̃. q: solũ ꝯabet bonitatẽ i actu q̃n genitũ ꝯabet bonitatẽ i actu. et eo modo quo ipa est bona scz scdm aptitudinẽ etiã genitũ qd̃ in ipsa includitur in fieri dicitur esse bonũ scdm aptitudinẽ. ⁊ similiter quando est genitũ in actu ⁊ transiuit generatio eius. si genitũ sit bonũ in actu etiã generatio eius potest dici bona in actu: eo q̃ genitũ includit esse qd̃ est termin⁹ intrinsecus ⁊ essentialis generationis: ratione cuius ipsa potest dici bona. ¶ Ad secundũ dicit̃ q̃ licet ꝯomo mal⁹ possit ꝯabere bonã generationẽ ⁊ perfectã quantũ ad bonitatez forme ⁊ originis. tamen nunq̃ ꝯabet bonã generatõnẽ bonitate finis: que quidem bonitas est bonitas ipi⁹ geniti. ⁊ de illa solũ ꝯic intelligit. ¶ Ad ter-

¶ Sed contra p̄dicta arguitur Primo sic. abstractū est causa formalis concreti. ergo arguēdo a conugatis est loc⁹ a cā formali ⁊ intrinsec⁹. ⁊ p consequens loc⁹ a conugatis nō est locus medi⁹. ¶ Secūdo sic, nō sequit homo ē animal: ergo humanitas est animalitas: cum antecedens sit verū ⁊ consequens falsuz. ergo locus a cōiugatis nō tenet affirmatiue. ¶ Tertio sic. nō sequit cecitas est insensibilitas: ergo cecus est insensibilis. cū antecedēs sit verū ⁊ cōsequēs falsuz. ergo iste loc⁹ nō tenet affirmatiue. ¶ Quarto sic. nō sequitur quāntas nō est qualitas: ergo quantū nō est quale. vel albedo nō est dulcedo: ergo album nō est dulce. ergo iste locus nō tenet negatiue. ¶ Quinto sic. nō sequitur iust⁹ est liberalis: ergo q̄d iuste fit liberaliter fit. q antecedēs potest esse verū cōsequēte existēte falso. ergo loc⁹ a casib⁹ nō tenet affirmatiue.

¶ Ad argumēta ante opposita Ad primū istoz dicit q si ꝓsideret abstractū inquātū est forma cōcreti tm ⁊ sibi dat eē: sic est cā formalis ei⁹ ⁊ facit locū intrinsecū. Sz si ꝓsideret vt partim cōuenit cū eo et partim differt: sic facit locū mediū. ¶ Ad secūdū dz q dupler est abstractū. quoddā ē q̄d abstrahit a suis inferiorib⁹. vt aialitas humanitas et sic de alīs. Aliud est q̄d abstrahitur a suo subiecto tm ⁊ non a suis inferiorib⁹. vt color et albedo. et tale predicatur de suis inferioribus licet nō de suo subiecto. ⁊ arguēdo p locū a cōiugatis semp debet argui respectu abstracti q̄d abstrahit a suo subiecto tm ⁊ nō a suis inferiorib⁹. q illud nō potest p̄dicari de ipsis. ideo nō debite arguit homo est aial: ergo humanitas ē aialitas. aialitas cm designat cū p̄scisione subiecti et suoz inferioz. cōne cui⁹ nō verificat de humanitate. ¶ Ad tertiuz dicit q si insensibile neget sensibilitatē cuiuslibet sensus: sic nō sequit cecus est insensibilis: sed si negat tm sensibilitatē sensus visus: sic cecus pōt dici insensibilis: ⁊ isto mō bene valet ista consequentia. ¶ Ad quartū dicitur q arguendo per locū a conugatis negatiue a duobus abstractis oportet illa abstracta esse diuersa tam ꝑm eētiā q̄m ꝑm eē. modo quantitas ⁊ qualitas nō sunt diuersa ꝑm eē: licet bn ꝑm eētiā: q conueniūt in subiecto. ideo ibi nō bene arguit p illū locū: nec econtra argui potest affirmatiue. quantum est quale: ergo quāntas ē qualitas. ¶ Ad quintū & q loc⁹ a casibus ⁊ etiā a conugatis solū tenet in p̄dicationibus per se et nō in predicationibus per accidens. modo dicendo sic. iustus est liberalis: ē predicatio p accidēs. quare ibi nō arguitur debite per illum locum.

Diuisionū alia fit p negatōez vt sortes ē hō aut nō hō: iz nō ē nō hō ergo est hō. Maxima. si aliq̄ duo cōdiuidāt aliqd tertiū: posito vno remouetur reliquuz. Alia autē fit nō p negationē. et hec fit sex modis. trib⁹ p se ⁊ tribus p accidēs. Prīa diuisio p se ē generis i spēs. vt aialiū aliud hō aliud brutū. Secūda ē tot⁹ integlis i suas ptes. vt domus alia ps ē paries: alia tectū: alia fūdamētuz. Tertia vo ē vocis i significata. vt canis ali⁹ latrabil' ali⁹ piscis marin⁹ ali⁹ sid⁹ celeste Diuisionū vo p accidēs. Prīa est subiecti i accidētia. vt aialiū aliud sanū aliud egrū. Secūda ē diuisio accidēt̄ i subiecta. vt sanoz aliud brutū aliud hō. Tertia est accidēt̄ i accidētia. vt sanoz aliud calidū aliud frigidū. Loc⁹ a diuisione ē hītudo vni⁹ pdiuidē tiū ad reliquū. vt si sortes ē aial aut ē aial rōnale aut irrōnale sz nō est irrōnale: ergo est rōnale. Maxīa. posito vno mēbroz diuidētiū i aliq̄ subiecto remouet reliquū. Et silit i q̄libet alia diuisiōe. ⁊ hec d locis dicta sufficiāt.

Postq̄ autoz determiauit de locis a cōiugatis ⁊ a casib⁹. hic p sequēter determiat de loco a diuisione. ratōne cui⁹ primo distinguit spēs seu modos diuisionis ipaz diuisione sic diuidēdo dicēs. q̄ diuisionū q̄da fit per negationē. vt lapis est hō vel non hō. Alia vero p affirmationē. vt aialiū aliud ē rationale aliud irrationale. Iste diuisiones sic int se differūt. q: diuisio q̄ fit p negatōez sem per fit p duo membra tm̄ et p immediata. q: datur per contradictoria inter q̄ nullū est medium: ꝫ diuisio que fit per affirmationē quādoq̄ datur per duo mebra tm̄. q̄nq̄ vero p plura. neq̄ semper fit p oppositā simpliciter ⁊ p pte: licet membra diuisionis inter se includat aliquā oppositionē: nec semp fit p imediata qd ptz dicendo coloz ato⁹ aliud albū aliud nigrum aliud medio coloze coloratum.

Vbi est primo sciendū q̄ diuisio facta p affirmationez iterū diuiditur: q: q̄dā ē diuisio per se. alia vo p accidēs. Et diuisio p se fit trib⁹ modis. q: quedā est diuisio generis in suas spēs vel differentias. vt animaliū aliud hō aliud brutū. vel aialiū aliud rationale aliud irrationale. Secūda est tot⁹ integralis in suas ptes integrales. vt dom⁹ alia pars est tectuz alia paries ⁊ alia fundamentū. Tertia diuisio est vocis multiplicis in suas significationes. vt canis ali⁹ latrabilis alius sydus celeste alius belua marina.

Secūdo sciēduz est q̄ diuisio per accidens est triplex. prima est subiecti in accidentia. vt aialiū aliud sanū aliud egruz. Secunda est diuisio accidentis in subiecta. vt sanoz aliud homo aliud brutū. Tertia est accidētis in accidētia. vt sanoz aliud calidū aliud frigidū. Et dicunt iste diuisiones p accidēs. q: membra diuidētia nō p se diuidunt ipm totū: ꝫ habent diuidere ipm inquantū accidunt suis partib⁹ per se. ⁊ licet diuisio subiecti ꝑm naturā nō sequat̄ causaliter ex diuisione accidētis: ꝫ magis ecōtra. ex diuisione subiecti causat̄ diuisio accidētis. tm̄ q̄nq̄ quo ad nos ex diuisione ⁊ distinctione accidentiū subiecti sumit̄ diuisio ⁊ distinctio partiū tot⁹. ideo subiectū pōt diuidi p sua accidētia ⁊ accidētia p sua subiecta. vel accidēs p alia accidentia que accidunt sub suo subiecto.

Tertio sciendū est q̄ locus a diuisione est habitudo vni⁹ diuidentiū ad reliquū: ⁊ in diuisione q̄ fit p duo mēbra immediata tm̄ tenet affirmatiue ab affirmatōne diuisi cū positione vni⁹ mēbroz ad negationez alterius. vt sortes est homo vel nō homo: ꝫ sortes est homo: ergo sortes est nō hō. Maxima. posito vno diuidētiū imediatoz in aliquo subiecto ab eodē remouet reliquū. ⁊ causa est: q: talia mēbra sunt opposita. Et tenet etiā negatiue a negatione vni⁹ ad negationē alter⁹. vt sortes est rōnalis vel irrationalis;

ꝫ nō est irrational: ergo est rōnalis. Maxīa. destructo vno mēbrorū diuidentiū īmediato rū necessario ponit reliquū. Sed in diuisione que datur per plura membra iste locus semp tenet affirmatiue ab affirmatōe vnius ad negationē alterius. nō simpliciter tñ tenet negatiue nisi arguatur a negatione omniū alioꝝ membroꝝ diuidentiuꝫ ab illo qđ oportet probari. vt hō pars domus est tectū paries vl fundamētū: ꝫ nō ē paries vel fundamētū: ḡ est tectū.

¶ Quarto sciēdū est ꝙ mēbra diuidētia alicuius diuisionis pñt dupliciter cōsiderari. vno mō sm ꝓprias rationes eoꝝ. ⁊ isto modo semp sunt opposita ⁊ separata: et sic ab īpis sumit locus extrinsecus. scz locus ab oppositis vel disparatis. Alio mō cōsiderātur inquantū partim cōueniunt cū diuiso et partim differūt. ⁊ isto modo hic cōsiderāt. ⁊ sic faciunt locū mediū qui vocatur a diuisione. Et qñq; in argumentis isti loci ponit explicite diuisio alicuius totius. aliquando vero nō explicatur ipsa diuisio ꝫ psupponit. et semp oportet psupponere conuenientiā diuisi cū illo de quo affirmant vel negant illa mēbra diuidentia.

¶ Sed contra pdicta arguitur Primo sic. omis diuisio fit ꝑ aliquas partes: ꝫ negatio nō est pars alicuius. ergo nulla diuisio fit per negationē. ¶ Secūdo sic: omne totū cōpositū est ex partibus in quas diuiditur. qz vt dicit Boecius. omne totū resoluit in ea ex quibus cōponit: ꝫ genus nō cōponit ex suis speciebus cū p̄cedat illas. ergo nulla est diuisio generis in suas spēs. ¶ Tertio sic. significata vocis accidūt ipi voci: cū ipa vox sit de genere qualitatis et significata qñq; de alio genere. ergo diuisio vocis nō ē ꝑ se. ¶ Quarto sic. accidētia nō sunt partes subiecti: qz nō componunt īpm. ergo cum omnis diuisio sit totius in suas partes sequitur ꝙ nō est diuisio subiecti in accidentia. ¶ Quinto sic. nō sequit aīal aliū aliud rationale aliud irratōnale. sed lapis nō est aīal rationale: ergo est aīal irrōnale. ḡ loc⁹ a diuisione nō tenet negatiue

¶ Ad argumenta añ opposita Ad primū dicit ꝙ licet negatio formaliter et ꝑ se sumpta nō sit pars alicuius diuisi: tamen negatio sumpta cū alio habet modū ptis sm ꝙ sumit ꝑ affirmatione opposita. ⁊ inquātū sumit p̄ oppositō illius qđ ipa negat potest esse membrū diuisionis. ⁊ sumit ꝑ parte vni⁹ totius diuisi. ¶ Ad secundū dicit ꝙ licet omne totuꝫ actuale componatur ex partibus in quas diuiditur: nō tamen totum potentiale qđ est adhuc ens in potentia cuiusmodi ē genus. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ licet significata accidant voci sēm se considerate. vt est in genere qualitatis: nō tamen accidūt voci significatiue inquantū significatiua est: ⁊ inquātū sūt significata eius. ⁊ ideo hoc modo diuisio eius in suas significationes est diuisio per se. ¶ Ad quartū dicitur ꝙ licet omnis diuisio ꝑ se fiat in partes totius: nō tamen diuisio per accidens. sed sufficit ꝙ fiat per accidentia q̄ determinant ipm totum ad diuersas partes eius. ¶ Ad quintum dicitur ꝙ in loco a diuisione oportet ponere affirmationē diuisi cum affirmatōne vel negatione vnius membroꝝ diuisionis de subiecto consequentis: qđ tamen nō fit in isto argumento. quia animal nō affirmatur ibi de lapide. debet enim dici sic: si lapis est animal et non est animal rationale: ergo est animal irrationale. ideo nō bene arguitur per locuꝫ a diuisione. Et hec de locis dyaleticis dicta sufficiant.

¶ Incipit sextus tractatus de fallacijs.

Silogismoꝝ alius demōstratiu⁹. ali⁹ dyaletic⁹. ali⁹ sophistic⁹ siue litigiosus. Silogism⁹ demōstratiu⁹ est q̄ ex primis veris ⁊ īmediatis ē silogisatus. aut ex talib⁹ que ꝑ aliq̄ prima et vera p̄ncipiū sue cognitionis sumpserūt. Dyaletic⁹ est q̄ ex pbabilib⁹ est silogisatus. Sophistic⁹ vt diffinit ab Aristotele in elencis ē q̄ apparet eē silogismus ⁊ nō est. aut qui est silogismus: sed nō est conueniens rei.

Iste ē sext⁹ tractat⁹ magistri Petri hyspani in quo postq̄ ipe in q̄nto tractatu determinauit de silogismo dyaletico. hic ꝓsequēter incipit determinare de silogismo sophistico. Ratio

ordis est. q; silogism⁹ dyaletic⁹ fit ex ꝓbabilib⁹ simpliciter. sophistic⁹ vo fit ex ꝓbabilib⁹ appareter. ideo silogism⁹ dyaletic⁹ ꝑcedit silogismū sophisticū. ⁊ q; silogism⁹ sophistic⁹ est id de quo in hoc tractatu pncipalit ꝑsiderat ad qō cetera hic ꝑsiderata hnt attributionē. iō est subiectū ist⁹ tractat⁹. Et non notat hic tractar⁹ de fallacijs: eo ꝙ fallacia sit subiectū ei⁹: ꝧ q; fallacia ē pncipiū silogismi sophystici. est em fallacia loc⁹ sophystic⁹. ⁊ sic loc⁹ dyaletic⁹ est pncipiū silogismi dyaletici: ita loc⁹ sophystic⁹ est pncipiū silogismi sophistici. Et ꝙ hoc habet cā materialis hui⁹ tractat⁹. ⁊ cā finalis ei⁹ est pfecta cognitio silogismi sophistici quātū ad ꝓpositōnē ⁊ solutionē ei⁹. Ꝝ ei⁹ cā formalis est duplex. s. forma tractat⁹ ⁊ forma tractādi. Forma tractādi ē modus ꝑcedēdi: ꝧ forma tractat⁹ ē diuisio hui⁹ tractat⁹ in suas ptes. ꝑmo em determinat de silogismo sophistico i cōi. secūdo in speciali ostendendo qualiter fit in singulis fallacijs.

¶ Pro quo ꝑmo sciendū ꝙ ad cognoscendū silogismū sophisticū in comuni ꝑsuppolita diffinitione silogismi ꝑi⁹ posita autor ꝑi⁹ diuidit silogismū in cōmuni per silogismū demonstratiuū dyaleticū ⁊ sophisticū. Hui⁹ diuisionis sic habet sufficientia. q; omnis silogism⁹ contractus ad aliquā materiaz fit in aliqua materia spāli. vel ergo fit in materia necessaria ⁊ sic ē demōstratiu⁹. vl' fit in materia ꝓbabili ⁊ hoc ē duplicit. vel fit in materia ꝓbabili simplicit ⁊ sic ē silogism⁹ dyaletic⁹. vl' ꝓbabili appareter ⁊ sic ē sophisticus. ⁊ nō est hec diuisio generis i suas spēs: eo ꝙ nō datur ꝑ differentias formales: sed ꝑ differētias materiales. q; sumit ex pte materie ad quā cōtrahit silogism⁹. sicut circul⁹ diuiditur ꝑ circulū aureuz ⁊ argēteū ⁊ aeneū. ⁊ sic ibi est diuisio subiecti in accidentia. q; esse in auro vel argento vel in ere accidit circulo. ita similiter hec diuisio silogismi est subiecti i accidētia. nec ē diuisio analogi: nec vocis in suas significatōnes. q; silogism⁹ nō dr equoce de istis trib⁹ spēb⁹: licet tamen silogism⁹ demōstratiu⁹ sit ꝑfectior ex pte materie q̄ dyaletic⁹ ⁊ dyaletic⁹ q̄ sophistic⁹. ⁊ etiā ex pte finis. q; demōstratiu⁹ ordiat ad sciaz. dyaletic⁹ ad opinionē. ⁊ sophistic⁹ ad appentē sciaz

¶ Secundo sciēdū est ꝙ silogismus demonstratiu⁹ q dicit demōstratio est q ex ꝓncipijs veris et īmediatis est silogisat⁹. aut ex talib⁹ que ꝑ aliqua ꝑma ⁊ vera ꝓncipiū sue cognitōis sumpserit. In q̄ diffinitione ꝑsupponit silogism⁹ loco generis. ⁊ totū residuū q̄ dat intelligere ꝙ silogism⁹ demōstratiu⁹ ꝑcedit ex necessarijs ponit ad differētiā silogismi sophistici ⁊ dyaletici. ⁊ ibi ponūtur due ptes ad explicādū duōs modos demōstratōis. Est em q̄dā demōstratio ꝓpter quid et potissima q̄ ꝑcedit ex ꝓmis ver⁊ et immediatis ⁊ indemōstrabilib⁹: q tāgit cū dr ex ꝓmis veris. Alia ē demōstratio q ꝑcedit ex ꝓmissis necessarijs nō demōstrabilib⁹: ꝧ q ꝑfit demōstrari ꝑ aliquas ꝓpositiones ꝓxes: vt est demōstratio. q; ⁊ hic tangit ꝑ illa particulaz aut ex talib⁹ que per aliqua ꝑma et vera. Et dicunt ꝑma vera q̄ per seipa et nō ꝑ alia fidem habent ⁊ cognitōnē. vt ꝑma ꝓncipia que per seipsa cognoscuntur et non per alia.

¶ Tertio sciendū est ꝙ silogism⁹ dyaletic⁹ est q ex ꝓbabilib⁹ fit silogisat⁹. In qua diffinitione subintelligit silogism⁹ loco generis. ⁊ ponit silogisat⁹ ad differentiā silogismi sophistici peccātis in forma: q nō est silogisatus nisi appareter tm. ⁊ ponit ꝓbabilib⁹ ad differentiā silogismi demōstratiui q ꝑcedit ex necessarijs ⁊ nō ex ꝓbabilib⁹. Est ē ꝑdicabile illud qō videt oibus vel plurib⁹ vl' sapiēnib⁹ vel ꝙ. ⁊ ponunt ille tres pticule ꝓpter diuersa genera ꝓbabiliū. q; quoddā est ꝓbabile qō apparet verū oib⁹: vt ois mater diligit filiū. Aliud est qō videt plurib⁹ ⁊ nō oibus. vt ꝙ ois hō desiderat scire. Aliud est qō videt sapiētib⁹ tm. vt ꝙ sol sit maior tota terra. Et silogism⁹ dyaletic⁹ semꝑ ꝑcedit ex aliq̄ istoz ꝓbabiliū: vt satis visuz est i locis dyalecticis.

¶ Quarto sciēdū est ꝙ triplex est silogism⁹ sophistic⁹. scz peccans in materia tm. in forma tm. i forma ⁊ materia simul. Silogismus sophisticus peccās in materia tm est qui procedit ex premissis falsis vl' aliqua falsa: et est indebita forma silogismi. vt ois homo est. spēs sortes est hō: ergo sortes est spēs. Silogism⁹ peccās in forma tm est q̄ procedit ex premissis veris: sed nō in debita forma silogismi ordinatis. vt hō est spēs. sortes est hō: ergo sortes est spēs. Ꝝ silogism⁹

peccans i materia et forma simul est q non est i debita forma silogisimi ⁊ pcedit ex pmissis falsis vel aliq falsa. vt ois hō est aial. nullus risibile ē hō: ergo nullū risibile ē aial. Et diffinit sic silogism⁹ sophistic⁹ in cōi. silogism⁹ sophistic⁹ ē apparēs silogism⁹ et nō existēs. qa si sit peccās i materia tm et nō i forma apparet ee ex pbabilib⁹: et p hoc apparet ee dialetic⁹. ⁊ tn nō est. et si sit peccās in forma vel i vtroq ē apparēs silogism⁹. Sed ꝓm Aristo. sic diffinit silogism⁹ sophistic⁹. est q ex apparētib⁹ silogisatus ē: aut ex pbabilib⁹ vl apparētibus est apparens: et ibi tangitur peccans i materia tm cū dr ex apparētibus silogisat⁹ ē. ⁊ peccans i forma tm cū dr ex pbabilibus est apparens. et peccās i vtroq cū dr ex apparētibus est apparēs. i. ex apparenter pbabilib⁹ Et p hoc pz q d sit silogismus sophisticus de quo est hic ad ppositum: et quomodo differt ab alijs speciebus silogismi.

Sed contra predicta arguit

Primo sic. silogism⁹ tēptatiuus ē bonus silogismus: et tn nō ponit in ista diuisione silogism⁹: ergo ipa ē insufficiēs. Secundo sic. aliquis ē silogism⁹ falsigraph⁹: q tn nō ponit in ista diuisione: ergo diuisum excedit mēbra diuidentia. Tertio sic. demōstratio ad ipossibile pcedit ex falsis: q capit oppositū cōclusionis pbandi cū vno vero ad inferēdū vnum manifeste falsum: ergo ista diffinitio silogismi demōstratiui nō sibi ꝙuenit et sic nō ꝙuenit oi ptēto sub diffinito. Quarto sic. silogismus dialetic⁹ qnq fit ex ppositōib⁹ necessarijs: ergo nō sp est ex pbabilib⁹ silogisat⁹. Quinto sic. omne qd ē nō ens nullā habet apparētiā. sed silogism⁹ sophisticus ē non existēs: ergo nō est apparēs cū apparentia psupponat ee ergo contra diffinitionem eius.

Ad argumēta ante oppositā

Ad primū d. q licet silogism⁹ tēptatiu⁹ et p te finis distinguat ab istis silogismis: non tn et pte materie. ⁊ ista diuisio sumit ex parte silogismi. ideo hic nō ponit tēptatiuus. vn silogismus tēptatiu⁹ qnq fit ex necessarijs. qnq ex pbabilib⁹. qnq ex ipossibilib⁹: q fit ex his q vidēt et pcedit a nōdente et ex pbabilibus nōdenti. q qnq sunt necessaria. qnq pbabilia. et qnq ipossibilia. Est em silogism⁹ temptatiuus qui ex his que videntur respondenti silogisat: et q necesse est cum scire q se simulat habere sciam ex cōibus. Ad secundū dr q silogismus falsigraphus est q pcedit ex pncipijs alicui⁹ scie male intellectis. aut ex oppositis pncipioꝝ. ideo fit in eadē materia sicut silogism⁹ demōstrationis. ideo pōt intelligi p ipm. Ad tertiū dicit q hic nō diffinitur demōstratio in cōi q diuidit p demōstratōem ostensiuā et ad impossibile. sed diffinit demōstratio ostensiua tn q diuidit p demōstratōez ꝓpter q d ⁊ q: est. et demōstratio ꝓpter q d iterum diuiditur p demōstrationē potissimam ⁊ nō potissimā et demōstratio q: est diuiditur p demonstrationē pcedentē ab effectu. ⁊ p demōstrationē q nō pcedit a causa remota. ideo demonstratio ad impossibile non continetur sub diffinito hui⁹ diffinitōis. Ad quartū dicitur q licz silogismus dialeticus qnq fiat ex necessarijs apprehensis sub modo pbabiliuz ⁊ ptingentiū. nō tn fit ex necessarijs apprehēsis sub modo necessarij et inquantū habēt necessariā habitudinē ad cōclusionem: q: sic eēt demonstratio. ideo iste silogismus sp pcedit ex pbabilibus vel ex acceptis sub modo pbabiliuz. Ad quintū dicit q silogismus sophisticus non dicit non ens simpliciter: sed non existēs talis qlis apparet: q: apparet dialecticus et nō est: sed bene ē silogismus simplicit existēs. sicut auricalcū ē non existēs aurum sicut apparet: sed tn est ens simpliciter existēs:

Disputatio ē actus silogistic⁹ vni⁹ ad alterū ad aliqd ꝓpositū ostēdēdum. Disputatōis quatuor sunt species. s. doctrinalis. dialetica. tēptatiua. ⁊ sophistica

Disputatio doctrinalis ē q silogisat ex pprijs pncipijs vnuscuiuscq discipline: ⁊ nō ex his q videtur respondēti. ⁊ hui⁹ disputatiōis istrumēti ē silogism⁹ demōstratiu⁹. Disputatio dialetica ē q ex pbabilib⁹ silogisat. ⁊ ē collectiua ꝓtradictionū. ⁊ ei⁹ istrumētū ē silogism⁹ dialetic⁹. Tēptatiua vo disputatio ē q silogisat ex

bis q̄ vidēturrñdēti: ⁊ necesse ē eū scire q̄ se simulat habere sciētiā. huius aūt disputatōis īstrumētum est silogismus tēptatiu⁹ Silogismus tēptatiuus ē q̄ pcedit ex his q̄ videntur respōdēti. Disputatio sophistica ē q̄ procedit ex his q̄ vidētur pbabilia ⁊ nō sūt. huiꝰ āt disputatōis īstrumētū est silogism⁹ sophistic⁹. Silogismus sophisticus ordiatur ad quīq; metas que sunt redargutio. falsum. īopinabile. solecocismus. et nugatio.

Postq̄ autor pmisit diffinitionē silogismi sophistici et ostēdit differētiā ei⁹ ab aliis silogismis, hic psequēter determinat de cā finali ei⁹ oñendo quō ordinaī ad q̄nq; metas disputatōis sophistice. sed q⁹ silogism⁹ sophisticus pus ordinaī ad sophisticā disputatōez ⁊ mediante disputatōne ducit ad illas metas. ideo pus videdū ē de disputatōe q̄ de metis. Est aūt disputatio act⁹ silogistic⁹ vnius ad alterū ad aliq̄d ppositū ostēdendū. In q̄ diffinitione explicaī cā formalis disputatōis cuz ordactus silogistic⁹. act⁹ essñ siue actio se habet vt genus et forma cōis ei⁹ ⁊ silogistic⁹ se habet vt differētia ⁊ sumiī hec differētia ab istrumēto quo fit talis actio. s. a silogismo. ⁊ p hoc q̄ ordvni⁹ ad alterū. s. opponēt ad rñdēdē explicaī causa efficiēs disputatōis. ⁊ p hoc q̄ dicaī ad aliquod ppositū ostendendū explicaī finis imediatus et ppinquus disputatōnis. q⁹ in oi disputatōe ostendiī aliq̄d de aliquo. vñ in disputatiōe q̄nq; requniī. s. opponēs q̄ disputat. rñdens cui disputaī. et illud de quo disputaī. et actio disputādi. ⁊ instrumentū quo fit talis actio. s. silogismus: ⁊ oia ista sufficiēter explicantur in p̄dicta diffinitione.

Pro quo pmo sciendū q̄ disputatio diuidiī p disputatōez doctrinalē. dialeticā. tēptatiuā. ⁊ sophisticā. quaꝝ sic habeī sufficiētia. q⁹ oīs disputatio fit vel ad sumēdū experimētū de habitu generato vl' ad gñatio nē habit⁹. sīpāmū: sic ē tēptatiua. si secundus hoc ē dupliciī. vel fit ad gñationē habitus in opponēte: ⁊ sic ē sophistica q̄ fit ad acq̄rēdus apparentē sapiam vel ad gñationē habit⁹ in rñdente. ⁊ hoc dupliciī. vel talis habitus est cert⁹: ⁊ sine formidine de oppositō. ⁊ sic ē disputatio doctrinalis q̄ est gñatiua scie. vl' est habit⁹ incert⁹ et cū formidine de oppositō. et sic ē disputatio dialetica q̄ est generatiua opinionis. Et sic patet q⁹ iste disputatōes differūt fm suos fines. q⁹ doctrinalis ē gñatiua scie, ⁊ dialetica ē gñatiua opinionis. ⁊ tēptatiua est acceptiua experimēti scie rñdētis. ⁊ sophistica ē gñatiua decceptōis in rñdente. ⁊ apparētis sapiē i opponēte. Et etiā differūt fm suas metas: vt patebit i suis diffinitiōib⁹. et etiam fm īstrumēta q̄b⁹ fiūt. q⁹ disputatōis doctrīalis īstrumentū, est silogism⁹ demōstratiuus. ⁊ dialetice silogism⁹ dialeticus. ⁊ tēptatiue silogism⁹ temptatiuus. ⁊ sophistice sophisticus silogismus.

Secundo sciēdū est q⁹ disputatio doctrinalis ēq̄ ex ppr̄is pncipiis alicuius scie silogisat: ⁊ nō ex his q̄ videuī rñdēti. cui⁹rō est: q⁹ disputatio doctinalis ē gñatiua scie. ꝫ ad generandū sciam oportet arguere ⁊ pcedere ex ppr̄is pncipiis scie q̄ generantur ⁊ nō ex his q̄ vidētur rñdēti. ⁊ oportet ip̄z addiscētē credere. ⁊ p hoc differt hec disputatio a dialetica q̄ pcedit ex aliq̄bus cōibus. ⁊ etiā a tēptatiua: ⁊ sophistica. ⁊ q⁹ disputatio doctrinalis ē q̄dā mor⁹ rōis q̄ ordinaī ad sciam tanq̄ ad suū finē. ideo fm diuisionē sciarū in q̄bus ē disputatio doctrinalis habet diuidi in suas species. Sz disputatio dialetica ē q̄ pcedit ex pbabilib⁹: et ē collectiua ꝛtradictionuz ⁊ rō est. q⁹ disputatio dialetica fit ad generandū opinionē: sed opinio gñatur ex cōibus et pbabilib⁹. et ex pbabilibus pōt argui ad vtrā q̄ pte ꝛtradictōis. ideo ip̄a ord collectiua cō tradictionū. ⁊ fm tres fines dialetice disputatio, dialetica habet tres species. q⁹ q̄dā est ad obuiationē. alia ē ad exercitationē. alia ē ad sophisticā disciplinā q̄ iteruz pōt diuidi scdm quatuor predicata de quibus fit.

Certo sciendū est q⁹ disputatio tēptatiua est q̄ ex his q̄ videntur rñdenti silogisat. et q̄ necesse est ipm scire q̄ se simulat habere sciam. cuius ratio est: q⁹ ista disputatio fit ad habendū experimentū de scia rñden

tis:sed experientia sue scie sumitur arguēdo ex his que videntur:et sunt ꝓbabilia mdēti. ideo ista disputatio ꝓcedit ex probabilib⁹ mdenti:et non ꝓcedit ex necessarijs ꝓungētib⁹: aut impossibilibus:nisi inquantū sunt ꝓbabilia ipi mdenti.⁊ qm in qualibz scia ꝑsupponūt ꝓncipia cōmunia.sed ignoratis coibus necesse est ꝓpria ꝓncipia ignorare.ideo hec disputatio habet fieri ex coibus ꝓncipijs q necesse est ipm scire qui habet aliquā sciam.⁊ diuidit i suas species hec disputatio ꝑm diuersas species de qbus disputat. Sz disputatio sophistica est q ex apparēter ꝓbabilib⁹ silogisat.cuius rō est:qz ipa fit ad generandū apparentē sciam que habet generari ꝓcedendo ex apparentibus.et diuiditur in qnqz species ꝑm q fit ⁊ valet ad qnqz metas.s.ad redargutiones ⁊ ad falsum:⁊ sic de alijs.

¶ Quarto sciendum est q disputatio in cōi potest duplicat ꝓlideran. vno mō ꝑm id q est actus silogisticus ad aliqd ꝓpositū ostendendū.et isto modo disputatio doctrinalis ē ꝑfectior oibus alijs disputatōibus qz ꝑfectius ostendit aliqd esse.⁊ ibi ē verior actꝰ silogisticus.deinde dialetica.tercio temptatiua.⁊ vltimo sophistica. Alio mō quantum ad interpretatione nominis disputatōis;que dr quasi diuersoꝝ putatio.⁊ hoc modo ꝑfectius dr de disputatione sophistica i qua opponēs ⁊ rndens intendunt diuersos fines. qz opponens intendit vincere:⁊ rndens non vinci.inde dr de tēptatiua.tercio de dialetica.⁊ vltio de doctrinali.⁊ licet istarum specieruz vna sit perfectior alijs.tamen hec diuisio ꝓprie non est analogi in sua analogata:eo q disputatio in cōmuni non conuenit vni membroꝝ ꝓ alterum:sed est diuisio generis i suas species ꝑm modum sicut genus et species repenuntur in secundis intentionibus.

¶ Sed contra predicta arguit Primo sic.aliqua disputatio fit ꝓ inductionē ⁊ sic disputatio est actus inductiuus.ergo male dr in diffinitione disputatōis q disputatio est actus silogisticus. ¶ Secūdo sic. disputatio sophistica fit ad generandū deceptionē in rndente:ergo non fit ad ostendendū aliquid. ergo diffinitio disputatōis non cōuenit cuilibz disputationi. ¶ Tercio sic.disputatōes distinguuntur ꝑm suos fines.sed disputatio doctrinalis ⁊ dialetica ordinant ambe ad sciam.quia disputatio dialetica fit ad acq̄rēdā disciplinā. ergo iste due species inter se male distinguuntur ¶ Quarto sic.disputatio doctrinalis qnqz ꝓcedit ab effectu ad suā causam:sed esse ctr⁹ nō est ꝓncipiū.ergo nō sp ꝓcedit ex ꝓprijs principijs alicuius scie. ¶ Quinto sic.opinio nō habetur simul de duobus ꝓtradictorijs:qz nō est possibile duo ꝓtradictoria opinari.sed disputatio dialetica ē gñatiua opinionis. ergo determinate fit ad vnā ꝓtradictōis.ergo male dr q est collectiua contradictionū.

¶ Ad argumēta ante oppositā

Ad primū istoꝝ dr q licet aliqua disputatio fiat ꝓ inductionē tanq̄ ꝓ instrumentū imꝑfectū et incompletū, non tn tanq̄ ꝓ instrumentū ꝑfectum et completū:sed silogismus est illud instrumentū ꝑpletū. ⁊ posset etiaz dici q ibi capitur silogismus in cōi ꝓ argumentatoe et non specialiter vt distinguntur contra alias species argumentatōis. ¶ Ad secundū dr q licet disputatio sophistica ex consequēti generet deceptionē rndentis:tamen primo et ꝑse fit ad ostendendū aliquam conclusionē ipi rndenti. ¶ Ad tercium dr q disputatōnes distinguūtur ꝑm suos fines ꝓprios.modo scientia non est finis ꝓprius dialetice disputatiōis:sed opinio.licet bene ex consequenti ordinetur ad sciam ad quam opinio disponit intellectum. ¶ Ad quartū dr q licet effectus nō sint ꝓncipia essendi suarum causaꝝ. tamen bene sunt ꝓncipia cognoscendi.ideo demonstratio procedens ab effectibus potest dici ꝓcedere ex ꝓprijs ꝓncipijs alicuius scietie:⁊ etiā disputatio doctrinalis q̄ fit ꝓ demōstrationez ¶ Ad quintum dr q licet disputatio dialectica non simul et semel possit generare firmaz opinionem de duobus contradictorijs:tamē potest probabiliter ostendere vtrumq̄ ad causādum dubitationem de vtro q̄ contradictoꝝrum ratōe cuius dr collectiua cōtradictionū.

¶ Est aūt meta icōueniēs qd dā ad qd opponēs sophista nititur videri ducere rndētem. Redargutio ē ꝑnegati ꝓcessio vel ꝑ cōcessi negatio i eadem disputatiōe vi argumētatōis facta. vñ nisi vi argumētationis hoc quis

faciat nō ꝓpter hoc erit redargu tus. siliter nec i diuersis disputa tōibus. ⁊falsū vt hic sumit̄ ē ma nifeste falsuz. ⁊nā si sophista du cat rn̄dētem ad falsuz occultuz nō ꝓpter hoc asseqūtur suū finem ⁊inopinabile est qđ est ꝓtra opi nionē oīm: vel pluriū. vel maxīe sapiētū. vt matrē nō diligere fili um. ⁊oleocismus ē vitiū i cōtex tu partiū oro̅is ꝓtra regulas ar tis grāmatice actū. vt vir mea. ⁊nugatio ē vnius ⁊ eiusdē ex ea dē ꝓte iutilis repetitio. vt homo hō currit. dico aūt ex eadez ꝓte qz si i diuersis ꝓtibus idē repeta tur nō esset nugatio. vt homo ē homo. risibile ē risibile. dico autē iutilis repetitio: qz si idē repetat̄ ad maiorē expressiōez laudis af fectōis: vel vituperij nō eēt nu gatio. vt deus deꝰ meꝰ. latro la tro quovadis. ⁊iste aūt quiqz fi nes vlteriꝰ nō ordinātur ad vnū finē pricipalē q̄ est apparens sa piētia ⁊ nō existēs. ⁊ophista āt nō ducit ad istos fines suū rn̄dē tē nisi ꝑ eos deueniat ad vltimū finē pricipalem qui est apparēs sapiētia. ⁊t cū q̄libet debet pre meditari suuz finem. ideo deter mīatio finiuꝫ debet precedere determiationem fallaciarum.

¶ Postq̄ autor determinauit de silogismo so phistico q ordinat̄ ad disputatōez sophistica ⁊ de disputatōe sophistica q̄ ordinat̄ ad quin q̄ metas ꝑm quas distinguit̄. hic cōsequēter determinādū est de illis metis. ⁊ est meta icō ueniēs ad qđ opponēs sophista nititur videri ducere rn̄dentē. cuiꝰ rō est: qz meta ꝓprie dcta dr terminꝰ agri vel spacij. et dr de metior tins qz ꝑm tales termios vltimos spaciū mēsurat: ideo i disputatōe sophistica meta ē terminus vltra quē nō ꝓcedit disputatio sophistica. sed ille terminꝰ ē incōueniēs ad qđ opponēs du cit rn̄dentē. qz habito tali iconueniēte cessat sophistica disputatio. ⁊ dr videri ducere rn̄dē tē: qz opponēs nō ꝑ apperit ducere rn̄dentez ad incōueniēs simplicit̄: sed sibi sufficit q̄ assi stētibꝰ videat̄ ipm ducere ad incōueniēs. ⁊t rō est: qz ꝑ hoc videt̄ sapiēs: et acq̄rit apparē tē sapiam q̄ est finis eius. ipe em̄ magis appe tit videri sapiēs ⁊ nō esse q̄ esse et nonvideri

¶ Pro quo ꝓio sciēdū q̄ quiqz sūt mete. s. redargutio. falsū. inopinabile. soleo cismꝰ. ⁊ nugatio. ⁊uaz sic habet̄ sufficiētia. qz ois meta ē incōueniēs ꝯclusuz cōtra rn̄den tē. vel ergo illud incōueniēs se tenet ex parte sermonis vel ex ꝓte rei. si ex ꝓte rei: hoc ē du plicit̄. vel se tenet ex ꝓte rei absolute: et sic est falsum. vel respectiue. et hoc duplicit̄. vel su mit̄ ꝑ respectū ad dicta rn̄dēns vel ad opinio nē illoꝝ quos iseq̄t̄. si primū sic ē redargutio si secundū sic ē inopinabile. ⁊i ex ꝓte sermo nis hoc ē duplicit̄. vel se tenet ex ꝓte substātie oro̅is: et sic ē nugatio. vel ex ꝓte suoꝝ accidē tiū et sue ogruitatis: ⁊ sic ē soleocismꝰ. ⁊t q̄a meta ē incōueniēs ad qđ opponēs nititur vide ri ducere rn̄dentē. ⁊ nullū est manifestꝰ incon ueniēs q̄ ꝓcedere sil̄ contradictoria et nega re qđ fit in redargutione. ideo redargutio est ꝑfectior et prior iter omnes metas. deide fal sum: ⁊ consequenter alie per ordinem.

¶ Secūdo sciendū est q̄ redar gutio ē ꝓcōcessi negatō l̄ꝑnegati ꝓcessio vi ar gumētatōis ⁊ i eadē disputatōe. ⁊uiꝰ rō ē: qz redargutio dr a reri qđ ē iterū ⁊ arguo is. qz fit cū rn̄dēs arguit ⁊ reꝑhendit seipm. ⁊ hoc fit negādo ꝓconcessū et ꝓcedēdo ꝑnegatū. iō bene dr ꝓconcessi negatio: et ecōtra. ⁊t dr vi argumētatōis: qz si aliquis sustinendo vnum ꝓbleuma in disputatione voluntarie cōcedat duo ctradictoria nō ꝓpter hoc dr redargut̄. et dicitur in eadem disputatione: qz si i diuer sis disputationibus respondens concedat ꝑ negatum vel neget ꝓconcessum in alia dis putatōe: nō ꝓpter hoc ducitur ad metā. qz nō

ducitur ad incõueniens qđ appareat assisten tib⁹ Et licet concedens duo ꝓtradictoria sẽp cõcedat aliqđ falsum: q; ꝓtradictonoꝝ vnuꝫ sp ẽ falsum: nõ tm ducit ad metã falsi. q; nõ cõcedit aliqđ manifeste falsum. q; abo cõtradictoria sunt qñqꝫ obscura. ⁊ ꝑ hoc distinguitur redargutio a meta falsi.

¶ Tertio sciendum est qꝫ meta falsi est manifeste falsi concessio. vt si concedat ignẽ nõ eẽ caliduꝫ. Et dr manifeste falsi: q; si ꝓcedat aliqđ falsuꝫ obscurũ: nõ videbit i cõueniẽs assistentib⁹. ideo nõ erit aliq̃ meta disputatõis sophistice: q; opponẽs sophista q apparent videri sapiẽs ꝑ hoc nõ acq̃rit apparẽtẽ sapiam. Sed inopinabile dr quod est contra opinionẽ oim vel plurũ: vel sapientũ: vel illoꝝ tũ quos insequitur. Et est meta inopinabilis cõcessio alicuius talis inopinabilis. vbi quando respondens cõcedit illud quod est contra opinionem illoꝝ coram qbus fit disputatio dato qꝫ illud sit verũ ducit apparẽter ad incõueniẽs. ⁊ ibi ẽ meta disputatois: vel etiã si cõcedat aliqđ ꝓtra opinionẽ doctoꝝ quos insequit quꝫ hoc sit verũ ꝑ m opinionẽ alioꝝ ducatur tamen apparenter ad inopinabile.

¶ Quarto sciendũ est qꝫ soleocismus est vitiũ in oratõe contra regulas artis grãmatice factũ. vt vir mea: vel sponsa meꝰ. et ponet ad grammaticũ inquantũ dicit incongruitatẽ oratõis: ꝑ iquãtũ impedit veritatẽ ꝓpositionis q̃ ꝓcluditur i argumentatõe ꝓsideraꝫ a logico. et ꝓcessio talis oratõis est meta soleocismi. ⁊ q; ois meta habet ꝓduci in ꝑalogismo cõtra rñdentem. ideo barbarismus ꝙ fit i littera et i syllabis et dictionib⁹ vt corrumpendo syllabã longã et ecõuerso. et nõ fit primo in oratione sicut soleocismus. nec potest cõcludi contra respondentem. ideo barbarism⁹ nõ est vna meta sicut soleocismus. Sed nugatio dicitur vnus ⁊ eusdẽ: ⁊ ex eadẽ ꝑte inutilis repetitio. vt hõ hõ currit. et dicit ex eadẽ parte q; si in diuersis ptibus idẽ repetat. vt in subiecto ⁊ ꝓdicato nõ est nugatio. et dicitur iutilis q; si ex eadẽ ꝑte idẽ repetatur causa ornatus vel maioris expressionis sentẽcie nõ erit nugatio. vt dicẽdo deus deus meꝰ. euge euge. ⁊ sic de alijs. ⁊ ꝑ hoc patet q̃ et quot sunt mete.

¶ Sed contra predicta arguit Primo sic. nullũ incõueniens est finis cũ non habeat rationẽ bom: sed meta est finis proximus disputationis sophistice. ergo meta non est incõueniens: vt dicitur in eius diffinitone.

¶ Secundo sic. nõ loq vel tacere est vna meta disputationis sophistice: et tamen non est aliqua illarum: ergo non sunt tm quinqꝫ mete

¶ Tercio sic. ille q solũ concedit duo contradictoria ducitur ad metam redargutionis: ⁊ tm nõ est ibi ꝓconcessi negatio nec cõtra: ergo contra diffinitionẽ redargutionis. ¶ Quarto sic. omne manifeste falsum est inopinabile cũ sit contra opinionẽ omniũ quibus est manifeste falsum: ergo meta falsi non distinguitur a meta inopinabilis: sed sub ea cõtinet. ¶ Quinto sic. solem esse maiorem tota terra est cõtra opinionem plurũ. et illam concedens concedit aliquod inopinabile: ⁊ tamen ibi non est meta cum non sit incõueniens concedere verum. ergo meta inopinabilis non est cõcessio cuiuslibet inopinabilis.

¶ Ad argumẽta ante opposita Ad primũ istoꝝ dr qꝫ licet incõueniens cõdu sum contra respondentẽ nõ habeat rationem boni simpliciter: habet tm rationẽ boni apparẽtis: q; videtur sophiste eẽ bonũ: q; valet ad acq̃rendũ apparẽte scientiã. et hoc sufficit ad ratõez finis qꝫ sit bonus simpliciter vel apparenter tm. ¶ Ad secundũ dr qꝫ licet non loqui sit meta: tm est generalis et no specialis distincta ab istis. q; duꝫ rñdens tacet ducit ad eãdem metam ad quaꝫ ducereꝫ si loqueretur ¶ Ad tertiũ dr qꝫ licet rñdens cõcedendo duo contradictoria non neget aliquid. tamen bene ex consequenti: q; concedẽdo secundũ cõtradictoriorũ negat alterum primus ꝓcessum. ¶ Ad quartum dr qꝫ licet manifeste falsum sit inopinabile: tm diuersis rationibus dicitur falsum et inopinabile: quia respectu rei significate oratio dicitur falsa: et respectu audientiũ et opinionis dicitur inopinabilis. et etiã aliquid bene est inopinabile: quod tamen non est falsuꝫ quia cum aliquando falsum sit probabile et opinabile suum contradictoriũ erit inopinabile. ideo falsum et inopinabile sunt mete distincte. ¶ Ad quintum dicitur qꝫ si concedatur illa ꝓpositio coram sapientibus a quibus cognoscatur esse vera: non est inconueniens: sed potest esse apparens inconueniens si concedatur coram illis quibus est inopinabilis. quia conceditur aliquid contra opinionem eorum. ideo per hoc respondens ducetur apparenter ad aliquod inconueniens.

Fallacia ē ydoneitas decipiēdi faciens credere de ente ꝙ sit nō ens. et de nō ente ꝙ sit ens mediāte fāstica visiōe. Fallacie sūt trede cim. q̄ sex sūt i dictōe: ⁊ septem extra dictionē. In dictōe sūt eq uocatio. āphibologia. ꝯpositio diuisio. accēt⁹. ⁊ figura dictōnis Et septē extra dictionē sūt accidēs ꝑm q̄d ad simplicit. ignorātia elēci petitio pncipij. ꝯsequēs nō causa vt cā. ꝑm plures interrogatiōes vt vnā. Q3 āt sūt sex i dictione ꝓbat Aristoteles inductione ⁊ silogismo. Inductōe sic. eq uocatio fit aliquo istoꝝ sex modo rū. āphibologia fit aliquo istoꝝ sex modoꝝ ⁊ sic ɔ alijs. ergo ois fallacia i dictōe fit aliquo istorū sex modorū. Silogismo sic. ois deceptio facta ex eo ꝙ eisdē dictōib⁹ vl' orōib⁹ nō idē significamus fit aliquo istoꝝ sex modorū ꝛ ois fallacia i dictōe fit ex eo ꝙ i eisdē dictōib⁹ vl' orōib⁹ nō idē significam⁹. ergo ois fallacia in dictione fit aliquo istorū sex modoꝝ. Iste silogism⁹ ē in pnō modo prime figure. Probatio maioris. ois multiplicitas dictōis fit aliquo istoꝝ sex modorumꝛ: sed ois deceptio facta ex eo ꝙ eisdē dictiōibus vel orationibus non idem significamus fit ex multiplicitate dictionis vel orationis. ergo omnis deceptio facta er' eo ꝙ eisdem dictionibus vel orationibus non idem significam⁹ fit aliquo istorum sex modorū. Et hec fuit maior. Probatio mīoris. ois multiplicitas dictōnis fit ex eo ꝙ eisdē dictōib⁹ vl' orōnib⁹ nō idē significam⁹. ꝛ ois fallacia i dictōe fit ex eo ꝙ eisdē dictōib⁹ vel orōibus nō idem significamus. Et hec fuit minor Et isti duo silogismi sunt i pnō modo prime figure.

Postq̄ auctor pr̄⁹ determīauit de silogismo sophistico in cōi et de causa finali ei⁹. s. de disputatōe litigiosa seu sophistica. ⁊ de q̄nq̄ metis ei⁹ que q̄dem ordinant ad vltimū finē ipius sophiste. s. apparentē sapientiā. hic ꝯsequenter determinat de fallacijs ꝑ q̄s ad ꝓdictas metas silogismi sophistici ordinant. et pnius auctor determinat de fallacijs in cōi. ⁊ ꝯsequenter de singulis i speciali. pmo ergo sic diffinit fallaciā dicēs. fallacia ē ydoneitas decipiēdi faciēs credere de nō ente ꝙ sit ens: ⁊ de ente ꝙ sit non ens mediante fantastica visione.

Ubi sciendum est primo ꝙ fallacia dupliciter accipit. vno mō passiue ꝙ deceptiōe ei⁹ q̄ paralogizat. et diffinit sic. fallacia ē deceptio ipertti i arte sophistica ꝓpter ignorantiā artis sophistice. Alio mō capitur fallacia ꝑ ꝓncipio actiuo talis deceptōis. vt ē loc⁹ sophistic⁹ i quo fūdātur argumēta sophistica ⁊ isto mō capitur i ista diffinitōe ⁊ nō pnō mō vñ sicut loc⁹ dialeticus ē sedes argumēti dialetici. vel ē id a quo ꝙuenīēs elicitur argumentū. ita sit fallacia ē sedes vel illud a quo elicitur argumētū sophisticū. ⁊ sicut i eodē loco dialectico pl'a argumēta dialectica fundantur. sic i eadē fallacia pl'es fundātur paralogismi. ⁊ sicut loc⁹ dialeticus diuiditur ꝑ locū maximū ⁊ locū differentiā max'me sic q̄libet fallacia locus maxima et locus differentia maxīme ꝑ

similitudinē reperitur. vt ī fallacia eq̄uocatio nis maxima ꝑ quā fiant ꝓalogismi eius est ois dictio actualiter vna habet tm̄ vnū significatum. et locus differentia maxime ē, equocatio terminī vel terminus equiuocus.

Secūdo sciendū est q̄ in omni fallacia ē causa apparētie et causa defectꝰ ꝛ sub causa ꝓuenīte latet defectus sicut i equiocatoe sub vnitate vocis latet plalitas significatoꝝ. Causa apparētie fallaciaꝝ in cōi est que mouet ad credēdū qđ non est. Et cā defectus est q̄ falsificat creditum. vñ. cuiā ratione cause apparentie fallacia habet q̄ sit ydoneitas decipiēdi. q: ꝓpter talem apparentiā sumitur aptitudo ad decipiendū. et ratōe cause defectus facit credere de nō ente q̄ sit ens. q: per istam cautam ꝛpletur deceptio: licet originaliter ꝓueniat a causa apparentie. ideo iste due cause satis explicantur in diffinitōe fallacie. Aut ō: mediante fantastica visione. q: intellectus purus nō ꝓmixtus sēsui aut fātasie nō decipitur: ꝑ reflexionē ad fantasiā multotiens decipitur. Est aūt fantastica visio vt hic sumitur cognitio intellectus reflexi ad fātasiā et non solum cognitio fantasie.

Tercio sciendū est q̄ i disputatōe sophistica duo sūt a q̄b⁹ pōt sumi causa apparētie ad decipiēdū. ꝓmū. s. res de q̄b⁹ disputat q̄ multotiēs ignorant habitudies. secundū ē dictōes vel voces ꝑ q̄s fit disputatio q̄ significatio vel multiplicitas sepe ignoratur. ꝛ sic causa apparētie fallacie q̄nq̄ sumit a reb⁹: q̄nq̄ a dictōib⁹. ꝛ ꝓm hoc fallacia i cōi diuiditur ꝑ fallaciā in dictione: ꝛ ꝑ fallaciā extra dictionē. Fallacia i dictōe ē q̄ sumit suam causam apparētie ex ꝑte dictiōis. Et fallacia extra dictionē ē que sumit suā causaꝫ apparētie ex ꝑte rei. et magis ō: fallacia extra dictionē q̄ fallacia rei: q: res nō cadūt i disputatōe nec causāt deceptionē ñdentis: nisi ꝑ relationē ad dictiones. ideo ꝑ negationē huius qđ est habere causam apparētie in dictione: et ꝑ relationē ad dictionē dicitur fallacia extra dictionē. et inter illas fallacias ꝓus determinatur de fallaciis in dictōe. q: licet res ordine nature ꝓcedant dictiones: non tm̄ ꝓcedūt i disputatione sophistica: q: res nō cadūt in disputatione: nisi ꝑ voces. ideo ꝑ voces ꝓus contigit causam deceptionem respondentis.

Quarto sciēdū est q̄ fallacia in dictōe diuiditur ꝑ fallacias equiuocationis amphibologie. ꝓpositōis. diuisionis. accentꝰ ꝛ fallaciā figure dictōis. Circa quā sic habet sufficientia: q: ois fallacia i dictōe fit ꝓm aliquod multiplex. vel ergo fit ꝓm multiplex actuale: vel potentiale: vel fātasticū. Si ꝓm multiplex actuale: hoc ē duplicat: vl ꝓm multiplex actuale dictōis icōplexe: ꝛ sic ē equocatio: vel orōnis: ꝛ sic ē amphibologia. Si ꝓm multiplex potentiale: hoc ē duplicat. vel fit i dictōe: ꝛ sic ē accentꝰ. vel i orōe: ꝛ hoc duplicat. vel illa orō est ꝓmo ē plata: ꝛ sic ē fallacia ꝓpositōis. vel discontinue. ꝛ sic ē fallacia diuisionis. si ꝓm multiplex fantasticū. sic ē fallacia figure dictōis. et ꝑbat iste numerꝰ fallaciaꝝ i tertio ꝑ inductionē q̄ satis clara ē. ꝛ ꝑ silogismū cuiꝰ virtus consistit i hoc q̄ ois deceptio facta ꝑ hoc q̄ eadē dictio vel oratio plā significat fit aliquo istoꝝ sex modoꝝ: ꝫ ois fallacia i dictōe fit ꝑ hoc q̄ vna dictio vl orō plā significat: q: fit q̄n̄ eisdē noib⁹ vel orōib⁹ nō idē significātib⁹. ergo ois fallacia i dictōne fit aliquo istoꝝ sex modoꝝ. et sic ꝑpatet q̄ hec diuisio est sufficiens.

Sed contra ꝓdicta arguitur Primo sic. ydoneitas decipiēdi est naturalis potētia. ꝫ fallacia nō est naturalis potētia cū non sit in ꝓdicamento q̄litatis: q: ē ens rōis. ergo male dicitur q̄ fallacia est ydoneitas decipiendi. Secundo sic. impossibile ē credere de non ente q̄ sit ens: q: nullus pōt credere q̄ vnum contradictoriū verificetur de alio: cum non possit credere duo contradictoria sīl esse vera vel falsa. ergo fallacia nō facit credere de non ente q̄ sit ens. Tercio sic. ois fallacia est i illo q̄ decipitur cū sit deceptio q̄dā. ergo nulla est in dictione vel extra dictionem. Quarto sic. omne argumentū sophisticum fit de reb⁹ et ꝑ voces: ergo ois fallacia et deceptio est in rebus et dictionibus: ergo nulla est in dictionibus tm̄. Quintō sic: fallacia amphibologie capit suā causam apparentie ex ꝑte orationis tm̄ et non ex parte dictionis: et similiter compositio et diuisio. ergo male ponūtur fallacie in dictione.

Ad argumenta añ opposita Ad ꝓmū ō: q̄ licet ydoneitas decipiendi se tenens ex parte intellectus sit naturalis potētia: non tamen ydoneitas decipiēdi que se tenet ex parte rerū vel dictionuꝫ. sed est naturalis potentia tm̄ ꝓm modum cuius sit ens ratio-

nis cõsequens dictiones que sunt signa rerum vel aliq̃ respect⁹ rerũ q̃ sunt entia ratõis ⁊ de tali ydoneitate intelligit̃ ꝙ fallacia ẽ ydoneitas decipiẽdi: ⁊ talis nõ est i aliquo ꝓdicamẽto. ¶ Ad secundũ dr ꝙ de non ente capto formaliter sub forma nõ entis non põt credi ꝙ sit ens vel ecõtra. tm̃ de nõ ente capto materialiter: aliq̃s põt credere ꝙ sit ens: et de ẽte ꝙ nõ sit ens. ¶ Ad terciũ dr ꝙ si capiat̃ fallatia vt est effect⁹ paralogismi ⁊ deceptio ñdentis sic est in decepto sp: ꝫ si capiat̃ ꝓ loco sophistico q̃ est ꝓncipiũ paralogismi: vt hic sumitur. ꝫ non est i decepto: sed ẽ in reb⁹ vel in dictione ꝫm suã causam apparentie. ¶ Ad quartũ dr ꝙ licet fallacia fiat de reb⁹ et i dictione: nõ tm̃ q̃lib̃et sumit suã causam apparentie in rebus. et i dictiõe sit̃. sed aliq̃ in reb⁹ tm̃: alia ꝟo i dictione tm̃. et ꝓ hoc sumit̃ hec diuisio. ¶ Ad q̃n tũ dr ꝙ si capiat̃ dictio ꝓ voce incõplexa tm̃: vt distinguit̃ ꝑ oratõnẽ sic amphibologia nõ fit in dictione. sed si capiat̃ dictio ꝓ voce significatiua q̃ dicẽdo ꝓfert̃ siue sit complexa siue incomplexa sic amphibologia fit in dictione. et hoc modo sumit̃ hic dictio.

¶ Sciendũ aũt vt vult alexander i ꝓmẽto supra libr̃ elẽcoꝝ triplex ẽ multiplex. aliud em̃ est multiplex actuale. aliud potẽtiale. ⁊ aliud fãtasticũ. ¶ Multiplex actuale ẽ q̃n dictio vel oro eadẽ scõm substãtiã et scõm modũ ꝓferẽdi diuersa significat. dictio vt i eq̃uocatõe: vt canis. oratio vt i amphibologia vt liber Aristotelis. ¶ Multiplex potẽtiale ẽ q̃n dictio vel oro eadẽ scõm substantiã. diuersa tm̃ scõm modũ ꝓferendi diuersa significat. dictio vt i accẽtu. vt popul⁹. cui⁹ pria sillaba põt eẽ breuis vel lõga. ⁊ scõm hoc diuersa significat. oratio vt i ꝓpositõe vel diuisione. vt q̃cq̃d viuit sp est. aliũ habet em̃ moduz ꝓferendi put est diuisa ⁊ put ẽ ꝓposita vt postea patebit. ¶ De multiplici fantastico videbitur i fallacia figure dictiõis. ¶ Et q̃ multipler actuale verior i modo ẽ multipler q̃ potẽtiale: ⁊ potẽtiale q̃ fantasticũ. ideo ꝓmo dicẽdũ est de fallacijs faciẽtib⁹ multiplex actuale q̃ de alijs et postea de potẽtiali. ⁊ vltimo de fãtastico. ¶ In ꝓmo dicendũ ẽ de eq̃uocatõe ⁊ ãphibologia q̃ de alijs fallacijs i dictione: q̃ in eq̃uocatõe ⁊ ãphibologia ẽ multiplex actuale. ⁊ ꝓ ꝓsequens ea dẽ dictio vel oratio ꝫm substãtiã ⁊ scõm modũ ꝓferẽdi. in alijs ãt nõ. in istis em̃ plus ẽ de ydẽptitate q̃ in alijs. ¶ Itẽ adhuc ꝓius ẽ dicendũ de eq̃uocatione q̃ de ãphibologia. q̃ eq̃uocatio fit i dictione: ãphibologia ꝟo i oratõe dictio aũt ꝓior ẽ oratõne. ¶ Sciẽdũ est q̃ fallacia dupliciter sumitur: q̃nq̃ em̃ fallacia idem est q̃ causa decipiendi: et q̃nq̃ idẽ est q̃ deceptio facta ex illa causa: ¶ Et hoc ꝓmo modo sumitur hic fallacia.

¶ Postq̃ auct⁹ determinauit de diuisione fallacie in cõi: ⁊ de distinctione fallaciarũ i dictione quarũ numer⁹ et ordo sumit̃ ꝫm diuersos modos multiplicis. hic ꝓsequẽnter declarat modos multiplicis ad maiorẽ declaratõem illi⁹ numeri et ordinis fallaciar̃ in dictõne. ¶ Et est multiplex dictio vel oratio vere vel apparẽte plura significãs. ⁊ sic ad aliqd̃ multiplex sequit̃ vnitas vocis: et pluralitas significator̃. et dicit̃ multiplex q̃si multa plicãs in vnũ: q̃a

in vna voce mltra plicant significata: ꝫ diuersimode. tñ ꝑm diuersas rationes mltiplicis.

Vbi est primo sciendū ꝙ multiplex diuiditur ꝑ multiplex actuale: potentiale: ⁊ fantasticū. quoꝝ sic habet sufficientia. q: in omni multiplici est vnitas vocis cū pluralitate significatoꝝ. vl' ergo habet plura significata simpliciter vel apparēter tm̄. si secundū sic est multipler fantasticū. si primū hoc ē dupliciter. vel tale multiplex habet actualem vnitatē vocis: ⁊ sic est multiplex actuale. vel potētialē tm̄: ⁊ sic est potētiale. ⁊ q: mltipler dicitur quasi in vnū multa plicans significata. ⁊ pfectius vniunt plura significata i multiplici actuali vbi est actual' vnitas vocis ꝙ in potētiali vbi est potētialis vnitas tm̄: ⁊ in potentiali ver̄o modo mltra in vnū plicant ꝙ in fantastico vbi solū plura sunt significata apparēter tm̄. ideo istoꝝ mltipliciū actuale p:cedit potentiale: et potentiale fantasticum. ⁊ hinc est ꝙ fallacie peccantes ꝑm multiplex actuale p:cedunt alias.

Secūdo sciendū est ꝙ multiplex actuale est dictio vl' oratio. vna ꝑm substantiā ⁊ modū ꝓferēdi diuersa significans. exemplū de dictiōe vt canis. exemplū de oratione vt liber aristotelis. vñ in dictōne vl' oratione dictio se habet vt materia: ⁊ suba ⁊ modus ꝓferēdi se habet ꝑ modū forme. iō dictio vna ꝑm substantiā ⁊ modū ꝓferendi est materialiter et formaliter. et q: a forma sumitur actualis vnitas rei: ideo talis vox est actualiter vna. ⁊ inde vocat' mltiplex actuale. ⁊ tale mltipler ponit simul ⁊ i actu oia sua significata. sic̄ hoc nomē canis simul ⁊ i actu dat intelligere sua significata. ⁊ tm̄ nō ponit ea copulatiue vl' disiūctiue. q: si poneret ea copulatiue tūc ista ōro canis currit esset eq̄liter vna copulatiua. ⁊ tunc vel ambe ptes essent simul vere ⁊ tūc eēt simplic' vera ⁊ nō distiguēda: ꝫ simplic' p̄cedēda. vel aliqua pars esset falsa: ⁊ tunc tota copulatiua eēt falsa ⁊ simpliciter negāda ⁊ nō distiguēda. Et si poneret ea disiūctiue illa ꝓpositio equiualeret vni disiūctiue. vel ꝯ aliqua pars eēt va ⁊ tūc esset simpliciter cōcedēda. q: hoc sufficit ad veritatē disiūctiue. vel ambe ptes essent simplic' falsē ⁊ sic esset simplic' falsa ⁊ nūq̄ eēt distinguēda. qđ est cōtra illud qđ dicēt in solutione paralogisinoꝝ equocationis, ⁊ ideo tale multiplex actuale licet ponat oia sua significata in actu ⁊ ꝯiunctim vt vniunt' i vna voce: nō tamen copulatiue vel disiunctiue.

Tertio sciendum est ꝙ multiplex potentiale est dictio vel oratio eadē ꝑm vocē ⁊ diuersa ꝑm modū ꝓferēdi plura significās. exēplū de dictione vt pplus q̄ cū habz p̄ma b:euē significat collationē gētis. et cuz habet p:imā longā significat arbo:ē quādā. exemplū de oratione vt sortes currēs necessario currit. q: ꝑm diuersos modos ꝓferēdi necessario p̄t referri ad currēs vel etiā ad currit: ⁊ sic ibi sūt diuersa significata ꝑm ꝯpositōnē ⁊ diuisionē. ⁊ q: i tali mltiplici ē tm̄ vnitas materie ⁊ vocis. ⁊ nō est vnitas forme vel modi ꝓferēdi a q̄ vnitate forme sumat' actual' vnitas dictōis. ideo tal' dictio vel oratio ē tm̄ potentialiter vna ⁊ nō actualit'. vñ ds mltiplex potentiale. quia ibi plicantur multa significata in voce que est tantum potentialiter vna.

Quarto sciendū est ꝙ multiplex fantasticū est dictio vnū significās q̄ videt' aliud significare ꝓpter cōuenientiaz ei' in parte cū alia dictōne. sic̄ vigere significat simpliciter qualitatē: q: significat habere vigorē. ꝫ q: similr̄ teniat' sic̄ agere: ⁊ agere significat actōnē: iō vigere videt' significare actionē licet tm̄ nō significet. Et ds tale multiplex fantasticū. q: tal' dictio ꝑm veritatē nō habet plura significata: ꝫ solū ꝑm fantasticā apparentiā. Dicit' em̄ fantasia a fanos qđ est apparitio: eo ꝙ ꝑm fantasiā fiunt multe apparitiones. ideo fantasticū idē est ꝙ apparens.

Sed ꝺ̄ predicta arguit' sic primo sic. vnius sigñ est tm̄ vnū significatū. q: ab vnitate significati sumitur vnitas sigñ: ergo vna dictio vel oratio nō potest plura significare. ergo contra diffinitionez multiplicis.

Secundo sic. sicut se habent actus et potētia ita actuale ⁊ potētiale: ꝫ potentia p:cedit actū cū aliquid p:ius sit in potentia q̄ in actu. ergo mltipler potētiale p̄cedit actuale: et nō ecōtra.

Tertio sic. significatio est forma essential' dictōis: ꝯ dictio vel ōro plura significās est diuersa formalit'. ergo multiplex actuale nō est formalit' vna dictio ⁊ actualit' plura significans: sed est formaliter diuersa.

Quarto sic. de rōne multiplicis est plralitas. ꝫ maior est pluralitas ⁊ actualior q̄n dictio vel oratio est diuersa ꝑm modū ꝓferendi

esse antixps. ibi locutio potest verificari tam ꝑ illis qui sūt actu q̄ ꝑ illis qui sunt in potentia. ⁊ ita ꝯ ampliat ⁊ augmentat actu eius suppositio ⁊ ꝑ hoc adiunctū pōt. ⁊ fūt semp ampliatio et restrictio respectu termi potētis teneri ꝑ plurib⁹ vel pauciorib⁹ q̄ exigat sua actualis suppositio. vñ i ista diffinitōe ponit termini cōis eadē rōe q̄ ⁊ i p̄cedēti diffinitōe vñ coartatio ⁊ extēsio nō capiunt hic ppie: ꝫ methaphorice ad coartationez ⁊ extēsionē realē. ná sic coartatio realis q̄ est min⁹ spaciū cōtinet q̄ pri⁹ ⁊ extēsio mai⁹: sic i ppōsito dr coartatio. qr termin⁹ cōis tenet ꝑ pauciorib⁹ suppositis q̄ pri⁹. ⁊ extēsio dr qr terminus cōis tenet ꝑ plurib⁹ suppositis q̄ pus: et sic patet intellectus istarum diffinitōnum.

¶ Quarto sciēdū ē q̄ suppōsita alicui⁹ termini possunt dici suppōsita in actu dupliciter. vno modo quantū ad actū existē di. alio mō q̄ntū ad actū significādi. vñ cesar vel adā vel antixps q̄ icludūt eēntialr formā hois sunt suppōsita ci⁹ q̄ntū ad actū significādi. qr actualiter nō existūt. ideo nō sūt suppōsita hois quantū ad actū existendi. s. hois actualit existētis. vñ qñ autor loquit de ampliatione intelligit q̄ termin⁹ cōis ampliat qñ suppōit respectu vbi vl adiūcti ad suppōsita q̄ nō sūt suppōsita i existēdo ꫫ i significādo vt ptz i exēplo autoris. hō pt eē antixps.

¶ Ex p̄dicta arguit ꝓrio sic. a notioribus nobis debemus procedere: sed restrictio est notior suppōne cū sit magis determinata. ⁊ magis determinata sūt nob notiora. ꝯ sequitur q̄ iste tractat⁹ dr p̄cedere p̄cedēte. ¶ Secundo sic. suppō naturalr ⁊ simpler p̄nt ampliari ⁊ restringi. ꝯ ꝫ diuisionē in qua dicebat q̄ psonalis suppō alia est ampliativa alia restrictiua. añs ptz. qr bñ dr hō cōtingēter ē spēs vel necessario. ¶ Tertio sic ꝓtra diffinitiones p̄dictas. qr coartatio ⁊ extensio sūt q̄ntitates: ꫫ ampliatio et restrictio nō sūt q̄ntitates. ꝯ male dr q̄ ampliatio ē extēsio ⁊ restrictio ē coartatio. ¶ Quarto sic. q̄ terminus cōis nō possit ápliari. qr termin⁹ cōis supponit solū ꝑ his q̄ actu ptcipát formā termi cōis. ꝯ nō pōt ampliari ad ea q̄ erūt vel possunt esse. ¶ Quinto sic. dicēdo sortes pōt eē ibi sortes stat indeterminate ꝑ sorte q̄ est et q̄ erit. ergo terminus discretus pōt ampliari.

¶ Ad argumēta ante oppōsita ¶ Ad p̄imū argumentū dicitur q̄ licet cognitione determinata sensibili magis determiatū p̄cedat min⁹. tñ cognitione intelligibili et cōfusa magis confusum p̄cedat magis determiatū: ⁊ sic est de ápliatione respectu suppositionis. ¶ Ad secundū dr q̄ licet termin⁹ ꝑ se sumptus supponat naturaliter: tamen qñ sumitur cuz adiuncto nō amplr⁹ supponit naturaliter. Et etiá licet termino suppōneti simpliciter addatur dictio ampliativa: tamē nō ampliat ipm terminū eo q̄ nō repert naturá aptá natá suscipere ampliationez. ¶ Ad tertiū dicit q̄ ibi nō accipit extēsio nec etiá coartatio realit: ꫫ solū methaphorice ⁊c. vt dictū est. ¶ Ad quartū dr q̄ licet termin⁹ cōis non possit ampliari ꝓ plurib⁹ quantū ad suppōsita actualia in essendo tamen bene potest ampliari quantuz ad suppōsita actualia in significando. ¶ Ad quintum dicitur q̄ quando terminus ampliatur vl restringitur oportet q̄ teneatur vniuoce. modo si sortes ster ꝑ eo qui est erit vel potest esse hoc est equiuoce et sic ibi non est ampliatio.

¶ Ampliationū alia fit ꝑ v̀bū. vt per hoc v̀bū pōt. vt hō pōt esse antixps. Alia fit ꝑ nomē. vt homiñē esse antixp̄m est possibile. Alia ꝑ participiū. vt hō potens est esse aial. Alia ꝑ aduerbiū. vt homo necessario est aial. hō em̄ nō solū ampliat ꝑ presenti tēpore sed etiā ꝑ futuro. ⁊ ideo sequitur alia diuisio ampliatōis. s. q̄ ampliatōnū alia fit respectu suppositoꝝ. vt hō potest esse antixp̄us. alia fit respectu tēpoꝝ. vt hō necessario est aial. vt dictū ē.

¶ Postq̄ autor posuit diffinitōnē ampliationis. hic cōsequēter eá diuidit. ⁊ qr diffinitū dicit esse. diuisio vero dicit posse rei. ⁊ eē p̄cedit posse. iō ptz ordo. Et dicit q̄ ápliationū alia fit per verbū. vt homo est antixps. Alia ꝑ nomen. vt hoiem eē antixp̄m est possibile. Alia ꝑ aduerbiū. vt homo necessario ē aial. Alia

ꝑ ptic̃piũ. vt hõ ẽ potẽs eẽ aial. Et ex ista di
uiſiõe apliatõis ifert auto: aliã dicẽs ꝙ q̃dã
ẽ ãpliatio q̃ fit respectu suppositoꝝ, vt hõ ꝑt
eẽ ãtrps. alia respectu tpis. vt hõ nc̃cio ẽ aial

¶ Circo quo sciendum est ꝑmo ꝙ
illa dicunt ampliare respectu suppositoꝝ q̃
faciunt terminũ cõem teneri ꝑ suppositis exi
stentiꝫ in actu ꝙ nõ existentiꝫ. cuiusmõi sũt
ẏba quoꝝ actꝰ cõparant ad subiectũ: i subie
cto ti nõ sunt. vt sũt ista. potest. opinat. lau
dat. ⁊ sic de aliis. Et siliter ampliãt illa q̃ ab
ipis descẽdũt. vt aliq̃ noia ⁊ aliq̃ pticipia. et
cnã aduerbia. vt potẽs ⁊ possibiliꝫ q descẽdũt
ab hoc verbo potest. laudabile. dus. biliter.
que descendũt ab hoc verbo laudo. as. Sed
illa dicunt ampliare respectu tẽpoꝝ q̃ faciũt
terminũ cõem extendi ad omes differentias
tẽporis, vt ipossibile ⁊ necessario. Ex cũ dꝛ
homo necessario ẽ aial. idez ẽ ac si diceret in
omni tempore cõuenit homini ꝙ sit animal.

¶ Secũdo sciẽdũ est ꝙ ille ter
minꝰ dicatur ampliare qui ꝑ plurꝫ suppositis
stat q̃ prꝰ stabat cũ adiuncto cui addeba
tur. verbigr̃a. si dicat homo potest esse anti
crps. ibi homo stat ꝑ plurꝫ: q̃ si diceret hõ
currit. qꝛ stat ꝑ hoibus p̃sentiꝫ. Et ꝑ oppo
sitũ terminꝰ dicit restringi q̃ ꝑ pauciores ad quos
positis stabat cũ suo adiuncto. vt si dicat hõ
currit. ibi homo stat ꝑ p̃sentiꝫ. ⁊ cũ dicitur
albus homo currit ibi stat ꝑ p̃sentiꝫ albis.

¶ Tertio sciendũ est ꝙ virtꝰ am
pliãdi ⁊ restringẽdi datur alicui a ꝓpꝛia eius
impositione. ⁊ etiã alicui dat ⁊ nõ alteri. ꝓpt
qd̃ q̃dã sunt ptes oꝛõnis, sicut nomẽ. verbũ.
aduerbiũ. pticipiũ. q̃ ꝑnt restringere vl̃ am
pliare. ꝫ alie partes oꝛõnis nõ ꝑnt hoc cũ eis
nõ sit data virtꝰ ampliãdi vel restringendi a
ꝓpria eaꝝ ipositõne. vñ ampliatio radicalit
est in termiõ cõmuni radicata. q̃ terminꝰ aptꝰ
natꝰ ẽ supponere: et capi ꝑ suppositis nõ exi
stentiꝫ: ꝫ actualiter est in termiõ ampliato.

¶ Quarto sciẽdũ est ꝙ licet ista
diuisio sit quadrimẽbris: tñ põt reduci ad bi
mẽbrẽ. Nã oĩs dictio ampliatiua est pars de
clinabil̃ vel indeclinabil̃. Si ꝓmũ hoc ẽ du
pliciter. vel significat substantiã: sic est ꝑmus
membrũ. vel significat actũ: ⁊ ꝫ duplicit. vel
actũ distantẽ a suba: ⁊ sic est verbũ. vel indi
stãtẽ: ⁊ sic est ꝓncipiũ. si secundũ: sic ẽ aduer
biũ. Sufficiẽs alteri diuisionis est ista. qꝛ
cũ ois ampliatio sit extensio termini. vl̃ ergo
extendit ipm in oꝛdine ad suppositaꝫ ⁊ hic est
ꝑmũ membꝝ. vel in oꝛdie ad tpũs illoꝝ: et
sic ẽ secundũ. Ex hoc ꝓz ꝙ ampliatio facta
respectu tpis differt ab illa q̃ est respectu sup
positoꝝ. apparet etiã ꝙ dicto ampliatiua alit̃
se hꝫ fm ꝙ ãpliat ꝑ suppositis ⁊ fm ꝙ ãpliat
ꝑ tpe. qꝛ i vna respicit suppositaꝫ ⁊ i alia tpa.

¶ Sed cõtra predicta arguitur.
Primo sic. ampliatio fit respectu temporis. sed
nomẽ nõ significat tẽpus. ergo nulla amplia
tio fit ꝑ nomen. ¶ Secũdo sic. oĩe ꝓncipiũ
est determinati temporis. puta ꝓsentis: ꝓteriti:
vel futuri. ergo nullũ ꝓncipiũ ampliat. ꝫ po
tꝰ restringit. cõsequntia tenet. qꝛ ampliare fit
respectu pluriũ temporꝝ. ¶ Tertio sic. eadez
est causa oppositoꝝ. ꝫ aduerbiũ nõ est causa
restrictionis. ergo videtur ꝙ nõ sit causa am
pliationis. ¶ Quarto sic. terminꝰ cõis nõ in
cludit tempꝰ. ergo nõ potest ampliare ꝑ tpe
ꝫ solum ꝓz suppositis. ¶ Quinto arguitur
sic. illa diuisio nõ datur per oppositaꝫ nec est
bimembꝝis. ergo non est bona diuisio.

¶ Ad argumẽta ante oppo. Ad
ꝓmũ argumentũ dꝛ: ꝙ nõ ois ampliatio fit
respectu temporis: ꝫ quedã fit a virtute am
pliatiua dictionis sibi collata a sua ipositõe:
et sic de ampliatione noĩs que solũ ẽ extẽsio
suppositoꝝ ⁊ nõ temporꝝ. ¶ Ad secundũ dꝛ
ꝙ licet ꝓncipiũ sit alicuiꝰ determinati tẽporis
tamen habet aliquã virtutẽ per quã ampliat
vltra tempus ꝓsens. ¶ Ad tertiũ dicitur ꝙ
nõ omnis causa est causa oppositoꝝ: ꝫ solũ
quedã. et sic nõ oportet ꝙ si aduerbiũ nõ re
stringat ꝙ ꝓpter hoc nõ ampliet. ¶ Ad q̃rtũ
dicit ꝙ licet tempus nõ includat in termino
cõmuni tamen insequtur ipm gratia suoꝝ sup
positoꝝ. ratõne cuiꝰ ibi potest esse ampliatio
tẽporꝝ sicut suppositoꝝ. ex hoc ꝙ illa suppo
sita non solũ habent potentiã ad esse diuz in
vno tempore: ꝫ etiã in plurꝫ. ¶ Ad quintũ
dicitur ꝙ licet illa diuisio nõ detur per oppo si
ta formaliter: nec sit bimembꝝis: tamẽ datur
per opposita virtualiter: ⁊ est reducibilis ad
bimẽbrez. hoc sufficit ad bonam diuisionem.

¶ Circa ꝑdicta q̃rit de hoc sophis
mate. ipossibile põt esse verꝝ. ꝓ
batur, qꝛ illud qd̃ est vel erit im

possibile potest esse verū: sz anti xpm nō fuisse post tps suū est i/ possibile. 7 modo pōt eē possibi le 7 verū: ergo ipossibile pōt esse verū. Cōtra. Quicqd pōt esse verū ē possibile. sz ipossibile pōt esse possibile: ergo ipossibile est possibile. i tercio modo pme figu re. sed ꝯclusio est falsa: ergo aliq̄ pmissaꝝ. nō maioꝛ. ergo minoꝛ. sz hec est pma: ergo pma ē falsa Solutio. pma simpliciter ē falsa hec. s. ipossibile pōt esse veꝝ 7 so phisma peccat ꝺ fallaciā accidē tis. qꝛ cū dico id qd est vel erit i/ possibile. duo dico scz subiectū il lius impossibilitatis: 7 illā ipossi bilitatē siue ipm possibile. sz illd qd est vel erit est res subiecta. et ipossibile accidit ei. 7 posse eē ve rū assignat̄ esse vtriqz. sicut hec antixpm nō fuisse erit possibile sz antixpm nō fuisse potest eē ve rū. ergo ipossibile pōt eē verū. ñ valet. qꝛ antixpm nō fuisse ē res subiecta. 7 ipossibile ē accidēs 7 posse eē veꝝ assignat̄ esse vtriqz

De ampliatione q̄ fit rōe sup positoꝝ talis dat̄ regla. Termi/ nus cōis supponēs ꝟbo habēti vim āpliandi a se vel ab alio am pliatur ad ea q̄ possunt esse sub forma termini supponentis. vt hō pōt esse aīal. hic iste terminus hō non solū supponit ꝓ pſentib̄ sed etiā ampliat̄ ad oīa q̄ erunt

Dico ād de se: qꝛ hoc verbū pōt de se h abet vim ampliandi. Di/ co aūt ab alio. qꝛ hoc participiū potēs. 7 hoc nomē possibile dāt virtutez ampliandi ꝟbo cui ad/ iungūt. vt homo est potens esse aīal. vel aīal possibile ē esse albū 7 sic de alijs. De ampliatōe aūt que fit ratiōe tpis talis dat̄ regu la. Terminus cōis supponēs vl apponens ꝟbo habēti vim am/ pliādi quo ad tempus supponit pro his qui sunt. qui erunt. vel q̄ fuerunt. vt homo necessario ē a/ nimal. ibi taz homo q̄ animal te netur pro his qui sunt: et q̄ erūt. Et hec de ampliationibus dctā sufficiant.

Postq̄ autoꝛ posuit diuisionē ampliatiōis in pceden ꝓte. hic cōsequēter tractat verbū am pliatiuū potest. ponit quod dā sophisma q̄ren do vtrū illud sophisma impossibile pōt eē ve rū: sit verū vel falsum. Et ꝓmo ꝓbat q̄ sit ve/ rū. secundo improbat ipz. ꝓbat̄ sic. illud qd est vel erit ipossibile pōt esse verū: ergo ipossibile pōt esse verū: añs patet. qꝛ to. te nō fuisse ro/ me postq̄ fuerit ē impossibile. 7 nūc pōt eē ve rū: ergo. Improbat arguēdo i dam. quicquid pōt esse verū est possibile. sed ipossibile pōt esse verum: ergo impossibile est possibile.

Pro cui⁹ solutione ꝓmo sciē dum q̄ sophisma est argumēto vel argumen tis approbata vel improbata ꝓpositio. vñ ꝓba tio ē argumentū quo q̄s nitit oñdere aliquā ꝓpositionē eē veram: 7 p oppositū improbatio ē argumētū quo nititur oñdere aliquā ꝓpositōez eē falsā. Et sic sophisma ē ꝓpositio apparēs ꝟa quo ad vtrāq̄ ptē. 7 hoc ꝓpter ꝓbationez 7 improbationē. Et ꝺr sophisma a sophos qꝺ est sapia. siue a sophistico. cas. qꝺ idē est qꝺ decipio. is. qꝛ p sophisma oppones nititur deci pere rñdētē p sapiam in eo apparētē. Ex quo apparet q̄ licz sophisma sit q̄nq̄ verū: pōt ñ

decipere ꝓpter apparentē ad eius falsitatem

¶ Secundo sciendū est ꝙ omnis sophisma soluit aliquo istoꝝ trium modoꝝ: scz ꝓcedēdo ipm simpliciter verū vel simpliciter falsū. vel negādo vel distinguēdo. vñ illud sophisma soluit autor in textu negādo simpliciter qz simpliciter ē falsum. Et eiꝰ ꝓbationē soluit dicēdo ꝙ peccat penes fallaciā accidētis. qa cū dicit id qꝺ est vel erit ipossibile potest eē verū. ibi duo dicūtur. s. illud qꝺ est ipossibile ⁊ ipsa ipossibilitas. et qz ipa ipossibilitas accidit rei subiecte q est illud qꝺ est vel erit ipossibile ⁊ pōt esse verū assignat vtrūq; inesse. et iō creditur ꝙ sicut verū attribuit rei subiecte ꝓpter eius ꝓuenientiā ꝙ etiā attribuat accidēti. vñ illud qꝺ est vel erit impossibile ē res subiecta ⁊ ipossibile est accidens. et potest esse verum est attributum: et ideo ꝓbatio non concludit

¶ Tertio sciendū est ꝙ ad maiorē noticiā ꝓdictoꝝ habendā autor ponit duas regulas. quaꝝ ꝓma est de ampliatione facta respectu suppositoꝝ. ⁊ alia est de ampliatione facta respectu tempoꝝ. Ūn regula data de ampliatōe respectu suppositoꝝ talis, ē. Terminus cōis supponēs verbo habēti vim ampliandi a sive ab alio ampliat ad ea que possunt esse sub forma termini sic supponētis Et declarat istud in exēplo. vt dicēdo hō pōt esse albus. iste terminus hō nō solū supponit ꝓ hoibus q̄ sunt: sed etiā supponit ꝓ hoibus q̄ erūt. et notāter dicit a se ꝓpter vbum qꝺ habet virtutē ampliandi. sicut est illud vbū pōt. ⁊ notāter dicit ab alio ꝓpter hoc vbū est. qz licet ampliet: hoc tm̄ non ē ꝓ se: sz ꝓpter hoc ꝙ adiungit dictioni de se ampliative. Secunda regula est de ampliatōe q̄ fit respectu tēpoꝝ. q̄ talis est. Terminus cōis supponēs verbo vl̄ apponēs habēti vim ampliandi quo ad tps supponit ꝓ his q̄ sunt et q̄ sp erunt sub forma termini supponētis. et ista ampliatio fit respectu temporꝝ. vt homo necessario est aial. ibi tā homo ꝙ aial tenet ꝓ his q̄ sp sunt et semp erunt. ista ampliatio nō ꝓuenit ex vi huius verbi ē. vt dictū est. sed ꝓuenit ex adiunctōne huius aduerbij necessario ampliantis illꝺ vbū est quantū ad omnes differentias temporꝝ vnde aduerbium magis proprie causat āpliationem temporum ꝙ suppositoꝝ.

¶ Quarto sciendū est ꝙ hec dictio possibile ampliet tam ꝓ suppositis ꝙ ꝓ temporib⁹. tm̄ primo ampliat ꝓ suppositis. ⁊ ex ꝓsequenti ꝓ tpibus. Sed ecōtra est de necessario: idcirco i exēplo regule date respectu suppositoꝝ ponit possibile, et i exemplo regule date respectu temporꝝ exemplificatur ꝺ ista dictione necessario q̄ primo ampliat ꝓ tpib⁹: ⁊ ex ꝓsequenti ꝓ suppositis. vñ sub istis duobus modis possibile et necessariū comprehendūt alij duo modi q̄ dicunt contingēs ⁊ ipossibile impossibile em̄ ampliat ad omne tps sicut necessariū licet negatiue. ꝓtingēs aūt ad suppositа sicut possibile. Ex his pōt videri quomodo ꝓuenit dictioni ampliatiue ampliare. qz sicut agens reale non habēs impedimētū agit in omne id ad qꝺ pōt extēdi sua virtus. sic etiam agēs rationis puta dictio ampliativa nō habēs impedimentū agit in om̄e illꝺ ad quod pōt extendi sua virtus. ⁊ ꝓpter hoc hec dictio possibile vel potēs ampliat terminū cōem cui adiūgit ad ꝓsentia suppositа ⁊ futura: q̄a habet virtutem ampliandi quo ad illa tempora

¶ Sed cōtra ꝓdicta arguit ꝓmo sic. albū posse esse nigrū ē impossibile. ⁊ tamen potest esse verū. qz res alba pōt eē nigra ergo ipossibile potest eē verū. ¶ Secūdo sic sortē videre om̄e astrū est ipossibile. cū visus sit circa vnū et tm̄ pōt esse verum: qz successiue pōt illa videre: ergo ipossibile pōt esse verum

¶ Tertio sic. terminus cōis stās ꝓ ꝓsentibus suppositis ⁊ futuris restringit: vt postea patebit i restrictōnibus. ergo nō ampliat ¶ Quarto sic. ista dictio possibile nō tm̄ ampliat ꝓ suppositis: sed etiaz ꝓ tpibus: ergo videtur ꝙ male exemplificat de ipa i ꝓma regula. ¶ Quinto sic. ipossibile ⁊ contingens ampliant sicut necessarium et impossibile: ergo debent poni regule de ipis sicut de alijs.

¶ Ad argumenta aī opposita.

Ad ꝓmū ꝺz ꝙ illa est duplex: qz albū ⁊ nigrū possunt capi dupliciter. vno mō formaliter. ⁊ tunc ē impossibilis ⁊ falsa. alio modo materialiter. ⁊ illo modo ē possibilis ⁊ va. ⁊ ē sensus ꝙ aliquis habēs albedinē pōt suscipe nigredinem

¶ Ad secundū ꝺz ꝙ ē vera si ponat ineſſe eo modo quo ē possibilis. s. successiue. sortes em̄ pōt videre omne astrum successiue: ⁊ nō simℓ.

¶ Ad tercū dicitur ꝙ terminus cōis disiunctiue stans ꝓ ꝓsentibus vel futuris bene restringitur: eo ꝙ ad veritatē disiunctiue sufficit alterā ptem esse veram, siue sufficit veritas alterius

partis: sed terminus cōis stās copulatiue p p̄
sentibus et futuris bene ampliatur: ⁊ sic est in
ꝓposito. ¶ Ad quartū dicāt q̄ ly ista dictio im
possibile ampliet quo ad tpa: hoc tn̄ est er cō
sequenti. sed p̄mo et p̄ se ampliat quo ad sup
posita. ¶ Ad quintū dicitur q̄ ipossibile ⁊ cō
tingens satis possunt intelligi sub possibili et
necessario. sed potius auto: agit de istis duo⁹
bus modis necessarii et possibile q̄ de alijs.
q: sunt affirmatiui et alij sunt negatiui. Et hec
de ampliationibus dicta sufficiant.

¶ Sequitur tractatus quart⁹ de appellatione.

Appellatio est acceptio termini ꝓ re existente. Dico aut ꝓ re existēte. quia terminus significās nō ens nō appellat. vt cesar vl' antixp̄s vel chimera ⁊ cetera. Differt āt appellatio a significatōne ⁊ suppositione. q: appellatio est tātū de re existēte. sed suppoīstio et significatio sunt tā p̄ re existēte q̄ p̄ re non existēte. vt antixp̄us significat ātixp̄m ⁊ supponit ꝓ antixp̄o. sed non appellat. hō enim significat hominē et de natura sua supponit tam̄ ꝓ existentib⁹ q̄ ꝓ non existentibus homini⁹ bus. appellat autem tn̄ homines existentes.

¶ Iste est quartus tractat⁹ quor logicalīū in quo post q̄ auto: determinauit de ꝑpliatōe. hic ꝓsequit̄ determinat de appellatōe. ⁊ q: ꝑplia⁹ tio augmētat ⁊ ꝓficit suppositionē termini. et appellatio diminuit quodāmodo. ideo ꝓius determinaūt de ꝑpliatione q̄ de appellatōe. ⁊ ꝓius determinat de appellatōe q̄ de restrictōe q: appellatio ēmagis intrinseca termio q̄ restri ctio. q: termin⁹ p̄ se sumpt⁹ p̄t appellare ⁊ n̄ p̄t restringi nisi supaddat adiunctū. ⁊ sic p̄z o:do huius tractatus ad p̄cedētē ⁊ sequētes.

¶ Pro quo p:io sciēdū ē q̄ appel latio vt sufficiat ad ꝓpositū d:, tmb⁹ mōis. Uno mō d:, appellatio vocatio siue ꝓp:iū nomē alicui⁹ psone ꝑtin q̄ d:, iste appelat petr⁹. Secūdo mō d:, appellatio vt ē ꝓpetas nomis sub quo noie plura ꝑtinēt ꝑtin quā aliq̄ noīa dicūt appellatiua. Tercio uō sumit appellatio p⁹ ut ē acceptio termī p̄ supposito vl' suppositis actu existētib⁹. et de hac est p̄sens intentio.

¶ Secūdo sciēdū est q̄ appellatio vt sumit i ꝓposito sic diffinit in textu. Appella tio ē acceptio termini ꝓ re existēte. ⁊ n̄ d:, cōis q: tā termin⁹ cōis q̄ singularis appellat vt pa tebit i diuisione appellatōis q̄ diuisio est hec. Appellationū alia ē termi cōis. alia ē termini singularis. termi cōis sicut hō. termi singularis sic ꝓ:tes. Un̄ termin⁹ cōis appellat ⁊ termi⁹ n⁹ singularis differt. q: termin⁹ singularis vnū tm̄ appellat. termin⁹ vo cōis pl'a ꝑtin q̄ō actu p̄t pl'a ꝓtinere. Et sic p̄z q̄ alia ē appellatio termi cōis: ⁊ alia termi discreti. rōe cui⁹ bn̄ dictū ē i diffinitōe appellatōis termini nō addēdo cōis aut discreti. Et ꝓsequit̄ auto: exponit in textu suā diffinitionē dicens q̄ termin⁹ signifi cās nō ens sicut ē id q̄ō nō est i actu nō ꝓpel lat vt cesar et antixp̄s. ⁊ etiā termi significan tes aliq̄d fictū siue aliq̄d i imaginatōe nō ap pellat vt chimera yrchocentau⁹. ⁊ sic p̄z q̄ solus termin⁹ significās rē actu existentez appellat.

¶ Tertio sciēdū ē. q̄ auto: postea ponit differentiā inter significationē suppositionē et appellationē. Quia appellatio ē ac ceptio termi ꝓ re existēte in actu ⁊ extra aiaz Suppositio vo ⁊ significatio sunt tā de re exi stente i natura q̄ de existēte i aia siue i imagi natione. vt antixp̄s significat antixp̄m ⁊ sup ponit ꝓ eo: sed nihil appellat. hō etiā signifi cat id q̄ō ptīcipat naturā hūanā et naturalit supponit tā ꝓ hoīe existēte q̄ nō. sz nō appel lat nisi hoīem existētē i actu. Alio mō differt suppositio ⁊ appellatio. q: appellatio ē iferi us ad suppositionē. q: vbicūq̄ est appellatio ibi ē suppositio ⁊ nō ecōuerso. nā appellatio solū inest termino vt dictū est q̄n̄ tenet ꝓ sup posito vel suppositis actu existētib⁹: sed sup positio p̄t ee in termino q̄n̄ tenet ꝓ suppositis actu vel potentia vel etiā in imaginatione et suppositio potest esse naturalis accidenta-

lis discreta cōis simplex et psonalis. sz appellatio est tm terminus supponentis psonaliter. 7 sic dz q appellatio ē infen' ad suppositiōz.

¶ Quarto sciēdū est q dictionū quedā sūt appellatiue qualitatis 7 appellāt: sed p se appellata non habēt sicut sūt nomia cōia et adiectiua sūt appellatiua. sed non habēt appellata nisi p sua substātiua 7 p sua subiecta. eo q indiuiduatio non est in accidētib' nisi p substantiā loq̄ndo ppie. Alie sūt dictiones q̄ non sūt appellatiue qualitatis. sed sunt appellata i neutro genere cuiusmodi sūt noia ppria. noia em̄ ppria dicūtur appellata suppositia et singularia diuīsis rationib': qz dicuntur appellata: eo q appellāt a suis supiorib' supiora em̄ de inferiorib' p̄dicant̄ sm vnū nomen: et eandē rationē. vt sortes est homo. Et dicūtur supposita: qz subiciūtur suis supiorib' Et dicūt singlaria: qz noiant aliqd discretū qd vni soli conuenit. Alie sunt dictiones appellatiue q̄ appellāt: et q̄ p se appellata habēt sicut sūt noia cōia substātiua: vt hō aial. 7 sic de aliīs. et talib' ppie cōuenit appellatio. Et tales dictiōes accipiūtur aliqn̄ p oīb' suis suppositis et hoc fit p adiunctū signi-vlis. vt dicēdo oīs homo currit. aliqn̄ p aliquo suppositorum determinate. vt quando eis non additur aliquid quod eas distribuat. vt homo currit.

¶ Sed contra p̄dicta arguit̄ sp̄ri mo sic. appellatio ptinet iuristis: ergo nō spectat ad logicū determinare de appellatōne.

¶ Secūdo sic. appellatio est tm termi cōis ergo cōis dz poni in diffinitōe eius. ¶ Tercio sic. nulla est appellatio termini cōis. ergo contra diuisionē. añs pz: qz termin' cōis nō significat rē existentē cū existentia conueniat singularibus. ¶ Quarto sic. sortes mortuus appellatur hō: ergo appellatio ē tam existētis q̄ non existētis. ¶ Quito sic. sicut dicit text' terminus significat idē suppōit 7 appellat: sz significat rē nō existētē: ergo etiā appellat p re n exīte.

¶ Ad argumēta añ oppo. Ad primū dz q̄ aliter cōsiderat̄ appellatio a logico 7 aliter a iuristis. qz a iuristis considerat̄ iquātū dicit vocationē quandā de inferiore iudice ad superiorē. sicut cū q̄s iudicatus ab officiali appellat ad papā: sed a logico considerat̄: vt dictū ē. ¶ Ad secūdū dz si capiat̄ appellatio vt est ꝓpietas noīs q̄ dz qualitas: sic solū appellatio conuenit terminis cōi; sed de tali non est ad ꝓpositū. sed si capiatur put ē acceptus terminus p re existente: tunc conuenit tā terminis singulari q̄ cōi. et sic capit̄ b. ¶ Ad tertiū dz q̄ licet res significata p terminū cōem sm se 7 p se non existat. tamen existit in suis inferioribus et tunc talia singularia a nomine cōi appellātur. sicut homo appellat sortē et ciceronem 7 sic de aliīs singularibus actu existētib' ¶ Ad quartum dicatur q̄ licet sortes mortuus abusiue appelletur homo: tamen non est homo simpliciter. qz homo mortuus non est homo. ido non potest appellari. ¶ Ad quitū dz q̄ auctor sic intelligit̄. q̄ si res significat p terminū singulare existat: tūc terminus singularis idē significat p eodē supponit: et p eodē appellat

¶ Appellationū aūt alia ē terminī cōis: vt hō. alia ē termini discreti vel singularis: vt sortes. Termin' singularis idē significat supponit 7 appellat. s. rē existētē vt petr' vel iohānes. Itē appellationū terminī cōis alia est termi cōis p re in cōi: vt q̄n̄ termin' cōmunis simplicē habz suppositionē: vt cū dz homo ē species. aial est genus. 7 tūc termin' idē supōit significat 7 appellat. vt homo significat hoīem in cōi. 7 supponit p homie in cōi. 7 appellat hoīem in cōi. Alia aūt est appellatio termini cōis pro suis inferioribus: vt q̄n̄ terminus cōmunis personalem habet suppositionē. vt cuz dicitur homo currit tūc hō nō idē significat suppōit 7 appellat: sz significat hominē in cōi 7 supponit p pticularibus hoīb'. 7 appellat pticulares homines tm̄ existentes. Et hec de appellationibus dicta sufficiāt.

¶ Postꝯ auto⁹ diffiniuit et diuisit appellationem in eā que fit ꝑ terminū cōem. ⁊ eam q̄ fit ꝑ terminū singularē. Hic consequēter subdiuidit appellationē termini cōis. nam alia est termini cōis ꝓ re existente in communi. vt ⁊ cuz terminus communis simplicē habet suppositionē. vt homo est species. aial est genus. homo ēm appellat naturā ineſſe ſimplici abſtracto a ſuppoſitis ſiue a ſingularibus. Alia eſt appellatio termini cōis ꝓ ſuis inferiorib⁹. vt hō appellat ſortē ⁊ platonē ſi exiſtāt rez natura

¶ Pro quo primo sciēdum ē q̄ dupliciter pōt intelligi q̄ termin⁹ cōis appellet. vno modo ꝓut capit̄ pro revlī ſignificata ꝑ ipm. et ſic ſup ipm fundat̄ vnus modus appellatōis. que q̄dem appellatio eſt ipius nature cōmunis que ꝛ ſecundū ſe non exiſtat: tn̄ exiſtit in ſingularib⁹: et ſic ſup ipm fundat̄ appellatio termini cōis ſimplicē ſuppoſitionem habētis. Alio modo poteſt conſiderari terminus communis: videlicet ꝓut eſt ī ſuis ſuppoſitis: et ſic ſup ipm fundatur appellatio que ē termini communis habētis ꝑſonalez ſuppoſitionē. et ꝛ talis termin⁹ communis non ſignificet illa ſuppoſita vt ſuppoſita ſunt ⁊ ſingularia: tn̄ ꝓſſūt ꝓſideran vt ꝙuenūt i natura ſpecifica: ⁊ ſic termin⁹ cōis pōt appellare ꝓ ipſis.

¶ Secundo sciēdū eſt q̄ terminus communis habēs ſuppoſitionē ſimplicē idē ſignificat ſupponit et appellat. ſignificat ēm naturā communē. ſupponit etiā ꝑ eadem ⁊ appellat ꝓ ipa natura communi. Sed terminus cōis non ſupponens ſimplicit̄ non idē ſignificat ſupponit et appellat. nā talis terminus ſignificat naturā cōem ⁊ ſupponit ꝓ ſuppoſitis tā exiſtētib⁹ q̄ nō exiſtētib⁹: ꝫ ſoluz appellat ſua ꝓticularia ī actu exiſtentia. ſicut hō ſignificat naturā humanā: et ſupponit ꝓ hoibus tā exiſtētibus q̄ non exiſtentibus. ſed ſolū appellat hoies pn̄tes et exiſtentes in actu

¶ Tercio sciendū eſt q̄ terminorū appellatiuoꝝ ſiue appellationē habentiū quidā ſunt ſubſtantiui: quidā adiectiui. Subſtantiui ſunt illi q̄ ſignificāt rem exiſtentem in predicamento ꝑ modū per ſe ſtantis tā in concretione ad ſuppoſita q̄ in abſtractione. ſicut iſte terminus homo q̄ dicitur eſſe termin⁹ concretus concretione nature ad ſuppoſita: quia concernit ipa. et iſte terminus humanitas dicitur abſtractus a quacūq; concretōe. Termini aūt adiectiui ſunt illi q̄ ſignificāt rem in p̄dicamento exiſtentē ꝑ modū adiacentis. et iſtorū terminoꝝ tam ſubſtantiuoꝝ q̄ adiectiuorum quidā ſunt ſubſtantiales q̄ ſignificāt rem de p̄dicamēto ſubſtantie. vt hō et hūanitas. Alij ſunt accidētales q̄ ſignificant rē de p̄dicamēto accidētiū: vt albū et albedo. et ſic de aliis de q̄b⁹ eſt facta mentio. vñ tā in terminis ſubſtantialibus q̄ accidētalib⁹ eodē modo ſumitur appellatio capiendo appellationē ꝓpue

¶ Quarto sciēdū eſt ꝓ terminis accidentalib⁹ q̄ res de p̄dicamēto accidētiuz poteſt dupliciter conſiderari. vno modo vt habet habitudinē ad ſubſtantiā. vt albus. alba albū. albū enim ſignificat albedinē ſm q̄ adiacet ſubſtātie. Alio modo poſſunt ille res cōſiderari ſine habitudine ad ſubſtantiā. et hoc dupliciter ſm q̄ dupliciter poſſūt abſtrahi. qꝛ ipa ꝛ vna abſtractio eſt a ſubiecto. alia eſt abſtractio a ſuppoſitis. ⁊ ſm primā abſtractōez natura albedinis ſignificat̄ ꝑ illū terminū albedinitas. et natura nigredinis ꝑ illū tminuz nigredinitas. vñ in oībus iſtis terminis nihil differt quantū ad appellationē. Ex quo ſeq̄t q̄ aliqui antiqui male dixerūt eo q̄ putabant appellationē nō poſſe attribui niſi termio adiectiuo. et mouebātur ꝓpter illā rationē: qꝛ appellatio vt ipi dicebāt eſt in termino rōe ſignificati formalis rei appellate q̄ non pōt appellari niſi ꝑ terminū adiectiuū vt dicebant. et nō ꝑ ſubſtantiuū qđ ꝓportat ſignificatū ſuū abſolute et non cū dependentia vel habitudine ad aliud. ſicut iſte termin⁹ hō q̄ ſignificat naturā humanā abſolute. verumtn̄ illud non eſt verū qꝛ termini ſubſtantiui poſſunt eſſe concreti cōcretione nature: vt dictū eſt. ſiue ꝓcretōne ſuppoſitoꝝ: ꝛ non ſignificent ꝑ modū adiacētis.

¶ Sed ꝫ p̄dicta arguit̄ ꝓmo sic terminus cōis habens ſimplicē ſuppoſitionē reſpectu termini ſecunde intentionis ſignificat naturā communē exiſtentē in aīa: ergo nō appellat. p̄ña tenet: quia tūc ātirp̄s appellaret qđ falſum eſt. ¶ Secūdo appellatio eſt acceptio termini cōis ꝓ re exiſtente. ⁊ natura communis ſignificata ꝑ terminū communē nō exiſtit: ergo terminus cōis non appellat. ¶ Tercio ſic. oē qđ eſt ſingulare eſt: ſed appellatio eſt termini exiſtentis: ergo nō potest eē termini cōis ſimplicē ſuppoſitionē hn̄tis. ¶ Quarto ſic, appellatio inſeq̄t ſignificationē termini

cõis:sed terminus cõis non significat sua supposita:ergo non appellat ꝑ suis suppositis. ¶ Quinto sic.appellatio significatio ⁊ suppositio sunt diuerse ꝑpractates:ergo non possũt eidẽ conuenire: ergo male dictũ est ꝙ terminꝰ cõis idem significat supponit et appellat.

¶ Ad argumẽta ante opposita

Ad primũ dr ꝙ duplex est appellatio.s. ꝑpria et ipropria.vñ talis terminꝰ appellat accipiẽdo appellationẽ large et quodámodo iproprie ꝑut est terminꝰ significantis tã rem extra aiam ꝙ rem in aia. ¶ Ad secundũ dr ꝙ licet terminꝰ cõis non significet rem existentẽ secũdũ se.tñ significat rem existentẽ in singularibꝰ ⁊ hoc sufficit. ¶ Ad tertiũ dr ꝙ ly omne ꝓhd qd ꝓmo ⁊ ꝑ se existit sit singulare.tñ illud qd existit ad alterius existentiã non est singulare. sicut vlia q̃ significantur ꝑ terminos cões et sic terminꝰ cões significãt rem existentẽ videlicz in singularibus et ꝑ singularia. ¶ Ad quartũ dr ꝙ ly terminus communis primo et ꝑ se nõ significet sua supposita:tñ ex cõsequẽti ⁊ materialiter bene significat ipa iquantũ includũt naturam ꝑ terminũ communẽ significatam. ¶ Ad quintũ dr ꝙ ly iste proprietates cõueniant eidem materialiter sumpto.non tamẽ cõueniũt eidem formaliter sumpto :⁊ hoc sufficit. Et hec de appellatione dicta sufficiant.

¶ Sequitur tractatus quintus de Restrictione.

Restrictio ẽ coartatio termini cõis a maiori suppositõe ad minorẽ. vt dictũ ẽ ꝑ Restrictiõm ãt alia fit ꝑ nomẽ vt hõ albꝰ. iste terminꝰ hõ non supponit ꝑ nigris, neqꝫ pro medio colore colorat: ſz restringitur ad albos. Alia fit ꝑ verbum. vt hõ currit. iste terminꝰ hõ supponit ꝑ ptibus tñ. Alia fit per ꝓticipiũ. vt cũ dr hõ currẽs disputat. ille terminꝰ hõ: supponit ꝑ ꝑ sentibus. Alia fit ꝑ ĩplicationez vt cuz dr homo q̃ est albꝰ currit. hec ĩplicatio q̃ est albꝰ restringit hoiem ad albos. Itez restrictionum factaz per nomen. alia fit per inferius superiori apposituz vt aial homo currit. ille terminꝰ aial tm supponit ꝑ aialibꝰ q̃ sũt hoies. Alia fit per differentiam aduenientẽ generi q̃ est essentiale cũ sit ꝯstitutiua rei. vt cũ dr aial rõale. hic animal supponit pro rationalibus animalibus. Alia fit per adiectiuũ accidentale. vt cũ dr hõ albꝰ. iste terminus homo supponit tm pro albis hoibus. Ex restrictõe facta ꝑ nomẽ cõiter sumptũ tales dantur regule.

¶ Quintus partialis tractatus puoꝫ logicalis in quo intendit determiare de vna ꝑpietate termini incõpleti q̃ dr restrictio quãtis prius determinandũ fuisset de restrictõe eo ꝙ restrictio ⁊ ampliatio opponũt. ⁊ fiũt circa psonalẽ suppositionẽ nisi obstitisset ratõ q̃ prꝰ dicta est ĩ principio appellationũ.s.ꝙ appellatio est magis ĩtrinseca termino ꝙ restrictio. Et q̃a ꝯ principaliter vult determinare de restrictione. ideo resumit diffinitionem restrictionis prius posita in principio ampliationum.

¶ Pro quo sciendũ est primo ꝙ Restrictio est coartatio termini cõmunis a maiore suppositione ad minorẽ.hoc est decretũ tum siue minoratio ambitus alicuius termini communis sit ꝙ pro paucioribus suppositis teneatur ꝙ exigat sua actualis suppositio.sicut dicendo homo albus currit.ille terminus homo de sua actuali suppositione potest supponere ꝑ oibꝰ hoibus quocũqꝫ colore colorato tamen per naturam illius adiectiui albus variatur suppositio eiꝰ:et tenetur solum ꝑ hoibꝰ albis. Et capitur ĩ ista diffinitõe coartatio methaphorice ad coartatõez realẽ sic sufficiẽter

explicatū est in principio ampliationum.

¶ Secūdo sciēdū ē ꝙ autor ꝺse quēter diuidit restrictionē dicens ꝙ restrictionum alia fit per nomen. alia per verbum. alia per participiū. et alia ꝑ implicationē alicuius orationis. Et consequenter subdiunt restrictionem factā ꝑ nomen dicens ꝙ alia fit per inferius appositū superiori. alia fit ꝑ differentiaꝫ aduenientē generi. alia ꝑ adiectiuū accidētis et omniū istoꝝ exempla satis patent in textu. Unde restrictio fit multis modis. Uno modo fit ꝑ aliquid aduenies termino restricto. sicut dicendo homo albus currit. Alio modo fit nullo aduenīente termino communi. vt cuꝫ ꝺr rex venit. restringitur ad supponendum ꝓ rege patrie. et secūdū hoc potest dici ꝙ duplex est restrictio. Una est naturalis que fit ꝑ aliꝙd aduenīens termino communi. et ꝺr naturalis quia ille terminus communis capitur sm naturam et exigentiam termni adiuncti. Alia ē vsualis restrictio. et est illa que in termino per vsum et modum loquendi iuenitur. et ideo dicitur vsualis restrictio: quia non conuenit ei secundum naturam alicuius adiuncti.

¶ Tertio sciendū est ꝙ restrictio naturalis potest fieri multis modis vt dictuꝫ est. vno modo per dictionem. alio modo per orationē. per orationē fit qñ alicui termino cōmuni implicatur aliquid nō importans diminutionē nec ampliationē. vt cum dicitur hō ꝙ est albus currit. ibi restringitur homo ad supponendū ꝓ illis quibus conuenit illa implicatio qui est albus. Et notanter dicitur non importans diminutionē nec ampliationē. qꝛ est aliqua oratio implicatiua q̄ importat diminutionem: vt ista. ꝙ est mortuus. et alia est implicatiua que importat ampliationē: vt ista. qui potest esse. ille em̄ implicatiōes nō restrīgunt Et sic ꝓz ꝙ restrictio ḥabet fieri qñ terminꝰ adueniens alter non diminuit nec ampliat terminum cui additur. sed quando facit ipm̄ teneri ꝑ pluribus suppositis q̄ ꝓius tenebatur ꝛ cuꝫ oratio implicatiua est diminuēs destruitur illud cui adiungitur. et oratio ampliatiua facit terminū teneri pro plurib⁹ q̄ exigat sua actualis suppositio. ideo non restringit. Sed restrictio que fit per dictionem potest fieri dupliciter. Uno modo ratiōe significatōis. Alio modo ratione consignificationis. Rōne significatōis pōt fieri qñ aliꝙd additū termino cōmuni restringit ipm̄ quo ad principalē significationē. Et ratione consignificatonis fit quādo restringit aliquid solū quo consignificatio nem. sicut dicendo homo est albus. homo restringitur solum ratione consignificationis .s. rōne genens: quia tm̄ ponitur pro⁹ maribus.

¶ Quarto sciēdū ē ꝙ cum dicit ꝙ restrictionum quedam fit per nomen. alia ꝑ verbū ꝛc. ibi est diuisio generis in species fit ꝑ verbū ꝛc. ibi est diuisio generis in species eo ꝙ restrictio ꝺr equaliter de oib⁹ illis membꝛis. Et istoꝝ modoꝝ sufficientia sic pōt ḥabēs. Et istoꝝ modoꝝ sufficientia sic pōt ḥabēs. ná oīs restrictio fit ꝑ dictionē incōpleꝛaz vel complexā. si pmū: hoc est dupliciter. vel talis dictio significat substantiā vel actum. si substantiā sic est pmū membꝛū. si actum hoc est dupliciter. vel actū distantē a substantia ꝛ sic est secundū membꝛū. vel indistantē: et sic ē terciū membꝛū. Si fiat ꝑ vocem complexam. sic est illa que fit per implicationē. Uñ i ꝓpo sito iplicatio vocatur aliqꝺ complexū ex nōie et verbo implicante includēs suppositionez termini cōis. vt cū dicitur homo q̄ ē albus currit ista implicatio qui est albus: includit implicite suppositionē huius termini hō. Uñ etiā diuisio seqns talis est sicut diuisio p̄cedēs. ꝛ sic potest faciliter sumi sufficientia membꝛoꝝ eius. Et sic patet quid sit restrictio: et quomodo ḥabeat fieri. et quomodo diuiditur.

¶ Sed contra p̄dicta arguitur ꝓmo sic. restrictio non est possibilis. ergo de ipa non est determinandū. añcedens ꝓz. quia vbicūq; ponitur dictio sp̄ supponit et capit ꝑ suo significato. sed significatū dictōis nō pōt restringi: ergo videt ꝙ ipa non sit possibilis.

¶ Secundo arguit sic contra diffinitionē. ꝙ a terminus singularis aliqñ stat ꝑ pluribus: et aliquando ꝑ paucioꝝbus: ergo videtur ꝙ restringitur: ergo male ponit in diffinitione termini communis

¶ Tercio arguit sic. circa appellationē fit coartatio a maiori suppositōne ad minorem: et tamen non est restrictio. ergo.

¶ Quarto sic. restrictio non fit ꝑ nomē: ergo contra vnū membꝛū diuisionis: añcedēs ꝓz. quia si fieret in ista homo albus currit fieret: sed hoc non: qꝛ albus i plus se ḥabet q̄ hō: ergo non potest restringere ḥoiem.

¶ Quinto sic. implicatio est magis communis q̄ illud cui adiungitur: ergo non potest restrīgere. antecedens patet: quia illa implicatio que est albus pōt addi ḥomi boui et leoni, ꝛ sic ꝺ aliis

¶ Ad argumenta ante oppo. Ad p̄mū istoꝝ argumentoꝝ dicitur ꝙ lz dictio non possit restrigi quantū ad significatū formale: tñ quātū ad significatū materiale bene restrigitur. vñ vbicūq; ponitur homo significat humanitatē q̄ est significatū formale ei⁹. sed nō capitur p̄ oībus suis suppositis: que sūt significatū materiale eius. ideo p̄t restringi. ¶ Ad secundū istoꝝ dicitur ꝙ lz terminus singularis equoce tentus possit tenere p̄ plumb⁹: tñ vnivoce tentus nō potest stare: nisi p̄ vno solo. et sic non p̄t restringi. ¶ Ad tertiū argumētuz dz ꝙ licz appellatio aliqñ appellet p̄ paucionibus: hoc tm̄ est p̄ accidens. qz sp̄ per se facit terminū communē teneri p̄ existentibus tm̄. ¶ Ad quartū dz ꝙ lz albus i comparatōe ad alia ab homine in plus se habeat q̄ homo: tm̄ in comparatione ad hoiem non in plus se hz. ¶ Ad quintū dz ꝙ lz implicatio secundū se in plus se habeat q̄ termin⁹ cui adiungit: tm̄ fm̄ ꝙ adiungit tali vel tali termino p̄ relatiōez i eo iclusā in min⁹ se hz q̄ talis terminus cōis.

¶ Omne nomē non diminuēs nec habēs vim ampliandi adiūctū ex parte adē parte termio magis cōi restringit ipm̄ ad supponēdū p̄ his ad q̄ exigit sua significatio vt p̄z i exemplis predictis. vt homo p̄ suā significationē restrigit aial ad aialia q̄ sūt hoies. vt cū dz aial hō. ¶ albus restringit homīnē p̄ suā significatiōem ad homines albos. vt cū dz hō albus. ¶ Dico ātē nō diminuēs ad remouēdū noia diminuētia rōez adiūcti. vt mortuus vel corrupt⁹ et similia. q̄ nō restringūt. sz potius destruūt adiūctū. ¶ Dico aūt nō habēs vim ampliandi ad remouendū dictōes ampliatiuas. vt potēs. potest. possibile que non restringūt: sed potius ampliant

¶ Et sciendū ꝙ minus cōe sēp restringit magis cōe. vt cū dicit homo albus currit. qz hō reperitur i albis hoibus ¶ nigris ¶ medio colore colorat⁹: albus ātē nō. Ūñ quo ad hoc homo est magis cōe ¶ albus min⁹ cōe. ¶ sic albus restringit hoiem: sz fm̄ ꝙ albus reperitur in hoibus lignis. lapidibus ¶ brutis. homo aūt nō. ¶ sic albus est magis cōe: ¶ hō min⁹ cōe. ¶ sic hō coartat albuz ad albedinē existentē in hoibus cum dz homo albus currit. ¶ sic vtrū q̄ coartat alterum fm̄ diuersa. Itē de termino restricto tal' dat' regula. Si signū vle aduēiat termino restricto non distribuit ipz nisi pro his ad q̄ restringit. Cuz ēm̄ dico ois homo albus currit. ibi homo restringit' ad albos: et nō p̄t distribui nisi p̄ albis. Itē de restrictione dat' regula talis. Nihil positū a p̄te p̄dicati potest restrīgere terminū cōem positū a p̄te subiecti quo ad p̄ncipalem eius significationē. vt hō ē alb⁹ iste terminus alb⁹ i p̄dicato positus non potest restringere homīnē in subiecto positū ad albos qz si restringeret' ad albos: ergo p̄ regulā precedentē. s. si signum vle aduenerit termio restricto, solū distribuit ipm̄ p̄ his ad q̄ restrigit'. vt in p̄posito hō distribueret' solū p̄ albis hoibus. et sic istius

ppositionis ois homo est alb⁹. sensus esset omnis homo albus est albus. ergo si vna erit vera reliqua erit vera. ⁊ si vna ē falsa reliq̄ erit falsa.: qđ tñ est falsum. ergo cū dicitur omnis homo est albus. iste termin⁹ homo nō restringitur. ⁊ sic patet illa regla. Dico aūt quo ad principalē ei⁹ significationē. qz predicatū restrigit subiectū quo ad significationē q̄ est gen⁹. vt cū dicitur Ci gnus est albus. iste terminus cignus⁹ restrigit ad mares et nō ad mulieres. ⁊ sic alb⁹ restringit ipm quo ad ꝯsignificatiōez q̄ ē gen⁹ et nō quo ad suā significationē. Itē de restrictione facta p iplicatōnē talis datur regula. Omnis iplicatio imediate cōiuncta termino cōmuni restringit ipm sicut suū adiectiuū. vt cū dicit homo q̄ est albus currit. iste terminus homō restringit ad albos per hanc iplicationē. scz q̄ est alb⁹. Itē de eadē restrictōne talis datur regula. Quotiens cūq; signū vniuersale ⁊ implicatio ponunt i eadē locutōe duplex ē oratio. et eo q hoc signuz pōt precedere implicationez: ⁊ sic distribuit terminū cōmunē p quolibet suo supposito. vt cū dicitur omis homo currit qui est albus. Itez implicatio pōt p⁹ aduenire et restringere terminū cōmunē ⁊ tūc signū postea aduenies nō distribuit ipm nisi pro his ad q̄ restrigitur. vt omnis homo qui est albus currit. et tūc equiualet huic omnis homo albus currit.

Postq̄ autor subdiuisit restrictionē. hic cōsequēter ponit quas dā regulas de restrictōne facta p nomē. ⁊ p̄seq̄nter determinabit de quibusdā regulis restrictōis factę per verbuz. et quia nomē precedit verbū: ideo patet ordo. Et primo ponit vnā regulā de restrictione facta p nomen sine ampliatione dicēs q̄ omne nomen nō diminuēs nec habens vim ampliandi aduenies ex eadē parte termio cōmuni restrigit ipm ad supponendū p his que exigit sua significatio. scilicet significato illi⁹ nois restringentis. vt dicēdo animal homo currit. ibi homo restringit animal per suā significationē ad supponendū p animalib⁹ habētib⁹ humanā formā. Et consequenter exponit autor suā regulā ⁊ dicit q̄ notanter dicitur non diminuens ppter nomina diminuentia rationem illius termini cui adiungūtur. vt mortu⁹ et corruptus. talia ēm nō restringunt. sed magis destruunt scilicet formā significataz p terminū cui adiungunt. Et dicebatur notāter nō habēs vim ampliandi propter illa possibile. potens. ⁊ similia. que nō restringunt: sed potius ampliant. Et similiter debet intelligi de dictione distrahēte sic de diminuente. Unde dictio diminuēs ⁊ distrahēs differunt. nā illa dicitur diminuens que destruit rationē illius cui adiūgitur. vt mortuus. et illa dicit distrahens que trahit terminū cui adiūgitur ad extraneam significationem. vt pictum.

Circa quo sciendum est ꝓmo q̄ generaliter quodlibet min⁹ cōmune restrigit magis cōmune. verūtamen idem termin⁹ dicitur magis cōmunis ⁊ min⁹ diuersis respectibus: ⁊ sic idē termin⁹ potest esse restringēs et restrictus. verbi gr̄a. homo albus currit. homo reperit in hominib⁹ albis ⁊ nigris et medio colore coloratis. ⁊ albus nō. ⁊ sic scōm illum respectum homo est termin⁹ magis communis et albus min⁹ cōmunis. ⁊ ideo albus restringit hominē. scōm aūt q̄ albus reperit in hominibus. lapidibus. ⁊ animalibus brutis ⁊ homo nō. isto modo albus est terminus magis cōmunis ⁊ homo minus cōmunis. et

ideo homo coartat ⁊ restringit album ad albedinem et existentem in hominibus.

¶ Secūdo sciēdū est q̄ p termio restricto auto: ponit vnā regulā in tertu q̄ talis est. Si signū distributiuū adueniat termino restricto nō distribuit ipm plenarie pro omnibus suis suppositis: sed solū distribuit ipm pro his ad que restringit ꝑ exigentiā termini restringēntis. vt cū dicit oīs hō alb⁹ currit. homo em̄ nō distribuit nisi ꝑ hoibus albis. et hoc est rōne illi⁹ termini restringētis alb⁹. Unde si signū vniuersale adderet termio cōmuni per se sumpto ⁊ nō restricto distribueret ipm vniuersaliter ꝑ omnib⁹ suis suppositis. sed cū sibi additur determiatio nō diminuēs nec distrahens distribuitur scōm exigentiam illius determiationis. ⁊ sic patet q̄ signū vniuersale in ista ꝓpositione omis homo albus currit: et sibi similibus nō agit in terminū cōmunem scōm se. sed scōm q̄ restrictus est ꝑ hāc determiationē albus.

¶ Tertio sciēdū est q̄ cōsequēter auto: ponit vnam aliā regulā de restrictione facta per nomen que talis est. Nihil positū a parte predicati potest restringere terminum cōmunē positū a parte subiecti quo ad principalem significationē. et ista regula videt dari de termino restringente. vt cum dicitur homo est albus. albus em̄ nō restringit hoiem ad albos. Cuius ratio est. q⁹ tunc signū vniuersale iunctum homini nō distribueret ipm nisi pro albis. vt patet ꝑ regulā imediate dictam. ⁊ sic hec ꝓpositio esset vera omis hō est albus. posito casu q̄ aliqui essent nigri. qđ patet. q⁹ valeret tm̄ sicut ista omnis homo alb⁹ est albus. sed illud manifeste est falsum casu posito. igitur illud est falsum ex quo sequit̄ videlicet q̄ ille terminus albus i predicato positus restringat istū terminū homo positum a parte subiecti quantū ad principalē significatōnē. veruntm̄ talis termin⁹ posit⁹ a parte ꝑdicati habet restringere terminū positū a parte subiecti quantū ad significationē min⁹ principalē siue quantū ad consignificationē. vt cū dicitur aign⁹ est albus. albus restringit signū ad supponendū pro maribus tm̄ et nō ꝑ femellis: et sic restringit ipsum quantum ad significationē minus principalē que est gen⁹.

¶ Quarto sciēdū est q̄ auto: ponit vnā aliā regulā de restrictōne facta ꝑ ipli

catōnē dicens q̄ omnis implicatio imediate adiuncta termino cōmuni restringit ipsum sicut suum adiunctū. vt cum dicitur homo qui est albus currit. ille terminus homo restringitur ad albos per illam implicationē qui ē albus. Unde notanter dicitur imediate adiuncta. quia si talis implicatio nō imediate adderetur nō plus restringeret q̄ adiunctum positum a parte predicati. vt si diceretur hō currit qui est albus. Unde quantum ad rem iste due equipollent homo albus currit: ⁊ homo qui est albus currit. Et ex ista regla infert auto: in tertu aliā regulā de restrictione facta ꝑ implicationem dicens q̄ quotiēscūq̄ signū vniuersale et implicatio ponuntur in cadē locutione. locutio est duplex: eo q̄ signum vniuersale potest precedere implicationē nō immediate positam in termino cōmuni: et tunc distribuit terminū cōmunē pro omnibus suis suppositis vt cum dicitur omis homo currit qui est albus. ibi ille termin⁹ homo distribuit pro omnibus suis suppositis. vel illud signū vniuersale potest precedere implicationē immediate positam in termino communi et eadem parte. et sic tale signum nō distribuit nisi pro illis ad que restringitur per illam implicationem. vt dicendo omis homo qui est albus currit. Et ratio huius diuersitatis est. q⁹ in prima propositione signum vniuersale attingit terminū commune anteq̄ determinetur per implicationem. sed in secunda determinatur per implicationē anteq̄ distribuatur per signum. et ideo non distribuit terminū cōmunē vniuersaliter pro oībus suis suppositis: sz tm̄ pro illis pro quibus exigit sua ipliatio.

¶ Sed cōtra predicta arguitur Primo sic. nullus posterius agit in prius: sed econuerso. sed omne restringens posteri⁹ est restricto. ergo nullū restringēs agit in dictionem restrictam. ¶ Secundo sic. cum dicitur potens portare lapidē currit. est restrictio et tamen ibi est dictio ampliatiua ⁊ nō habens vim restringendi sed ampliandi. ergo contra primā regulā. ¶ Tertio sic. signū vniuersale non amittit suam vim per aliquid qđ est posterius. ergo videtur q̄ cum habeat virtutē ad distribuendum terminū cōmunē pro omnibus suis suppositis non perdat vim suam per dictionem restringentem terminū cōmunem cum sit posterior ipso. ergo videtur q̄ distribuat terminū restrictum pro omnibus suis

suppositis qđ̄ est contra secundaz regulam.
¶ Quarto sic. talia sunt subiecta qualia permittuntur ab eozum predicatis. ergo videtur qꝫ sicut predicata variãt sua subiecta sic possunt ea restringere. ¶ Quinto arguitur sic. quando signum vniuersale additur termino restricto tunc prius cadit supza terminũ restrictũ qꝫ supza dictionẽ restringentẽ. ergo videt qꝫ ipm distribuat pzo oĩbus suis suppositis.

¶ Ad argumẽta ante oppo. Ad primuz istozum dicitur qꝫ postenus non agit in prius quantum ad eius substantiã: sed bene agit quo ad accidentalia eius. modo accidentale est terminũ cõmunẽ teneri pzo pluribus vel pauciozibus suppositis eius. ¶ Ad secundum dicitur qꝫ licet sit ibi dictio ampliatiua et restrictiua. tamen illa restrictio non fit ratõne dictionis ampliatiue ibi posite: sed ratione dictionis restringentis. ¶ Ad tertiũ argumentum dicitur qꝫ licet signum vniuersale non amittat per se suam vim: tamen per accidens potest eam perdere ratione determinationis illius cui adiungitur signum vniuersale quod suscipit eius virtutem. quia quando in aliqua dictõne ponitur terminus cõmunis cum determinatõne nõ diminuẽte tunc signũ aduenies nõ distribuit illud subiectuz scđm se et absolute: sed scđm qꝫ determinatur p illam determinationez. qz etiam ille terminus cõmunis non subiciebatur absolute: sed pzout stat sub tali determinatõne. ¶ Ad quartũ istozum dicitur qꝫ hec regula habet veritatez quo ad suppõnẽ: nõ tamen quo ad restrictionem. Vel potest dici qꝫ licet subiecta variãt quo ad consignificationẽ: non tamen quo ad principalem significationem. ¶ Ad quintuz dicitur qꝫ licet scđm vocẽ signum ⁊ terminus restrictus pzeponantur dictioni restringenti. tamen scđm intellectum dicto restringẽs immediate pzeponitur ipsi termio. quia sicut dictum est signuz vniuersale distribuit terminũ communem ad ea ad que restringitur per dictionem restringentem.

Sequit de restrictõne facta p verbũ de q̃ plures dant regule. Quaꝝ prima talis est. Terminꝰ cõmunis supponens vel apponẽs verbo pẽsentis tempis simpliciter sũpto. nõ habente vim ampliandi. neqꝫ ex se neqꝫ ex alio restrigitur ad supponendũ pzo his qui sũt sub forma termini cõmunis supponentis. Dico autẽ terminu cõmunis. qz terminus discretꝰ neqꝫ restrigitur neqꝫ ampliat. Dico autẽ verbũ pzesentis tempozis ad remouendũ alia vba aliorũ temporꝫ. qz terminus cõmunis aliã habet suppositionez cũ eis. Dico autem simpliciter sũpto ad remouẽdũ verba sumpta cũ particulis diminuentibꝰ. vt ẽ opinabile et inopinabile. Dico aũt nõ hñte vim ampliãdi ad remouẽdũ vba ampliatiua. vt potest. Dico aũt neqꝫ ex se neqꝫ ex alio. ad remouẽdũ verba hñtia vim ampliãdi ex alio. vt puta ex cõiuncto. sicut hoc verbũ est. cũ dicit est potens. Dico autẽ sub forma termini supponẽtis. qz hõ supponit pro his q̃ sũt sub humanitate. ⁊ animal q̃ sunt sub aĩalitate. vt cũ dicitur homo est aĩal.
¶ Itẽ alia dat regula. Terminꝰ cõmunis supponẽs vl apponẽs vbo de preterito simpliciter sũpto nõ habẽte vim ampliãdi: nec ex se nec ex alio restringit ad supponendũ pro his q̃ sunt vel fuerũt sub forma termini supponẽtis. vt cũ dicitur homo fuit animal. iste terminus homo supponit

vt dicendo ois sol lucet. Et dicunt antiqui ꝙ
nõ. quoꝝ rationes cuz solutionib⁹ satis clare
sunt in textu. sed ꝓtr⁹ hyſ. dicit ꝙ hoc signũ
ois congrue potest addi termio cõmuni bñti
vnicũ appellatũ ⁊ ꝙ nõ exigit tria appellata

¶ Tertio sciẽdũ est ꝙ hoc signũ
ois significat q̃n vl⁹ ⁊ hoc ẽ ꝓpr⁹ mod⁹ ipi⁹
signi vlis. differt aũt ab alijs signis vl⁹bus.
qz hoc signũ ois adequate distribuit terminũ
cõez ꝑ oib⁹ suis suppositis. sic aũt nõ ẽ de alis signis sic sũt vter q̃ ⁊ neuter. cũ em̃ dz ois
hõ. hõ accipit ꝑ oib⁹ illis in q̃b⁹ repit hũanitas. Ex quo ptz ꝙ qz vl⁹tas aliquoꝝ termi
noꝝ cõium saluat i vnico suo supposito. ade
quate hoc signũ ois põt addi termino cõi. et
sic licet q̃n hoc signuz ois addit tali termino
cõmuni habẽti tria appellata vl⁹ plura exigit
tria appellata. tm̃ q̃n addit termino cõi bñti
vnicũ appellatũ nõ exigit tria appellata. ꝑ so
lũ de se exigit tm̃inũ significãtẽ naturã m⁹tis
cõicabilẽ. ⁊ ꝙ bñ ptz m̃sio ad dubitatõez ꝓdictã

¶ Quarto sciẽdũ est ꝙ antiq̃ po
suerũt quãdã regulã de b̃ signo ois q̃ talis est.
Quotiẽscũq̃ signũ vle affirmatiuũ addit ter
mio cõi ñ bñti sufficiẽtiã appellatoꝝ recurrit
ad ñ exntes. i. ad supposita ñ exntia. iõ cũ dz
ois fenix ẽ. ex quo iste termin⁹ fenix nõ bz nisi
vnicũ suppositũ exñs. b̃ signũ ois recurrit ad
fenices ñ exntes. iõ ist⁹ ꝓpõis ois fenix ẽ. sen
sus ẽ iste. q̃dã fenix exñs ẽ: ⁊ duo fenices nõ
exntes sũt. ⁊ iõ m̃ ipes ista ẽ falsa ois fenix
ẽ. nec ẽ ꝓdictoria ist⁹ q̃dã fenix nõ ẽ. ꝑ ista re
gl⁹a ẽ falsa sic ⁊ suũ fũdam̃tũ. s. ꝙ ois exigat
tria appellata. ẽ. n. sil⁹e de b̃ signo ois ⁊ de b̃
signo null⁹. ꝑ null⁹ ñ exigit tria appellata. qz
ista ẽ v̄a null⁹ fenix ẽ asin⁹ cũ ꝓntes ei⁹ sit v̄a
scz null⁹ asin⁹ ẽ fenix. ⁊ sic ptz ꝙ b̃ signũ null⁹
nõ exigit tria appellata: nec sil⁹ b̃ signũ ois.

¶ Sz cõ ꝓdicta arguit ꝓrio sic:
plus requirit ad verificandũ ꝓpositionẽ vni
uersalẽ q̃ particularẽ: ꝑ ad verificandũ parti
cularẽ requirit exntia vnius suppositi seu
appellati. ergo ad verificãdũ ꝓpositionẽ vni
uersalẽ req̃runt plura supposita: ⁊ sic ad mi
nus b̃ signũ ois exigit tria appellata. ¶ Se
cundo sic. hoc signũ ois nõ põt addi termio
singl⁹ari. ergo videt ꝙ exigat plura appella
ta. ¶ Tertio sic. hoc signũ ois denotat termi
nũ cõem cui addit tenen ꝑ plurib⁹. ꝑ q̃n addi
tur termio cõmuni habenti vnicũ appellatuz
talis additio est falsa. igit nõ debite sibi ad⁄
iungit. ¶ Quarto sic. termin⁹ cõis q̃nq̃ sup⁄
ponit ꝑ nõ exntib⁹. ergo põt fieri recursus
ad supposita nõ exntia. ¶ Quinto sic. hec
est vera aliquis fenix nõ est. qz aliquis fenix
est corruptus. ergo hec est falsa ois fenix est.

¶ Ad argumẽta ante oppo. Ad
primũ istoꝝ dz ꝙ quãtũ ad modũ enũciandi
plus requirit ad verificãdũ ꝓpositionẽ vl⁹m
q̃ particularẽ. qz in ꝓpositione vniuersali de

notatur ꝓdicatū ineſſe ſubiecto accepto ꝑ plurib⁹. nō autē ſic eſt in particulari. ⁊ tamen quantū ad rem nō plus req̄rit ad verificādū ꝓpoſitionē vniuerſalē aliqñ q̄ particularē.

Ad ſecundū dicit q̄ negat cōſequētia. qz terminus ſingl'aris ſignificat naturā incōmunicabilē. nā ex impoſitione ſibi repugnat additio ſigni vniuerſal'. ſed terminꝰ cōmunis licet nō habeat niſi vnū appellatiuz. ſignificat tamen naturā multis cōmunicabilē. ideo ſibi poteſt addi ſignū vniuerſale.

Ad tertiū dicitur q̄ hoc ſignū oīs bene denotat terminuz cōmunē cui additur accipi ꝑ plurib⁹. nō ſimpliciter ſed ſub conditione ſcz ſi habeat plura ſuppoſita.

Ad quartuz dicit q̄ licet terminus cōmunis cuiꝰ natura poteſt ſaluari tam in exiſtentib⁹ q̄ nō in exiſtentib⁹ poſſit ſupponere pro nō exiſtentibus. tamen terminus cōmunis cuius natura ſaluatur tm̄ in exiſtentibus ſuppoſitis nō pōt ſupponere pro nō exiſtentibus quādo ponitur cum iſto verbo eſt.

Ad quintū dicitur q̄ negatur antecedens. ⁊ ad probationē dicitur q̄ nō ſequitur quidaz fenix eſt corruptus. ergo quidā fenix nō ē. qz in iſta quidā fenix ē corrupt⁹. fenix ſupponit tam ꝑ preſentib⁹ q̄ pro preteritis. ſed in iſta quidaz fenix nō eſt ſupponit pro preſentibus tantum. ideo iſta eſt vera omnis fenix eſt.

Scōm p̄dicta querit̄ de hoc ſophiſmate. oīs hō eſt ⁊ quodlibz differens ab illo eſt nō hō. ꝓbatio. hec eſt vna copulatiua cuiꝰ vtraq; pars eſt vera. ergo ipſa ē vera. Improbatio. oīs hō eſt ⁊ quodlibz differēs ab eo ē nō hō ſortes eſt hō. ergo quodlibet differēs a ſorte ē nō hō: qđ ē falſū. qz hec ē vna copulatiua cuiꝰ altera pars ē falſa. ergo ipa tota ē falſa. Solutio. p̄ma eſt ſimpliciter vera. ⁊ improbatio peccat penes fallaciā ꝯſequntis. qz differēs ab omni hoīe i minꝰ eſt q̄ differēs a ſorte. qz differēs ab oīm hoīe ſupponit ſolū ꝑ alijs rebꝰ ab hoīe. ſz differēs a ſorte ſupponit ꝑ eiſdē ⁊ etiā ꝑ alijs hoibꝰ a ſorte. Vñ bñ ſequit differēs ab oī hoīe. ergo differēs a ſorte. et eſt locꝰ a pte ſubiectiua ad ſuū totū ſed ſi huic ꝓpoſitōni differēs ab omni hoīe apponat̄ ſignū erit ꝑceſſus ab inferiori ad ſuperi⁹ cū diſtributione: ⁊ ſic incidit fallacia cōſequētis in improbatione ꝓm vnū ꝑceſſuz. qz duplex eſt ꝑceſſus in improbatione. qz bñ ſequit oīs hō eſt. ergo ſortes eſt. et ē locus a toto in quātitate: ſz nō ſequit hoc eſt differens ab oīm hoīne: ergo differēs a ſorte. ſz eſt fallacia ꝯſequētis. ſicut hic. oīs hō eſt: ergo omne aīal eſt. Itez querit̄ de hoc ſophiſmate. omis hō et alius hō ſunt. Improbatio. ſortes ⁊ aliꝰ hō ſunt. plato ⁊ aliꝰ hō ſunt: ⁊ ſic de alijs. ergo omis hō ⁊ aliꝰ hō ſunt. Improbatio. alius eſt relatiuum diuerſitatis ſubſtātie: ergo ſupponit ꝑ diuerſo ab hoīe. ſed nō eſt aliꝰ hō ab omni hoīe: ergo p̄ma eſt falſa. Solutio. p̄ma ē ſimpliciter falſa ⁊ ꝓbatio peccat ꝓm fallaciā figure dictōis a plurib⁹ determinatis ſuppoſitionib⁹ ad vnā determinatā: qz iſte terminꝰ aliꝰ habet determinatā ſuppoſitionē in p̄miſſis ⁊ in concluſione. Itē ꝓbatio peccat ꝓm fallaciā accidētis: qz

licet sortēs ⁊ plato ⁊ sic de alijs inferant oēm hoiez ꝑm se: nō tñ sub hac copl'atōe q̄ est ois ⁊ ali⁹ hō sunt. vt cū dicit' ois hō ⁊ ali⁹ hō sunt. sicut cognosco corusc̄ ꝑm se: nō tñ sub hoc accidēte q̄ō est venire. Uñ tal' datur regl'a. Quotiens cūq; aliud sequit' siue cōuersim siue nō. si aliq̄d conue niat vni q̄ō nō ꝓueniat alteri. ⁊ ꝑ illud cui cōuenit inferat' de eo cui nō cōuenit semꝑ est fallacia accidēt̄. Uerbi gr̄a. hō est. ergo suba est. ⁊ spēs cōuenit homini et nō subē. ideo si ꝑ hoiez infera tur spēs de suba est fallacia acci dētis. vt hō est spēs. ergo suba est spēs. similiter hic. risibile est proprīū. ergo homo ē proprīū. Hoꝝ autē que cōsequunt' q̄daz cōsequunt' cōuersim. vt hō ⁊ risi bile. alia nō. vt hō ⁊ substantia. Dicto de hoc sophismate restat dicere de isto. ois hō est ois hō. Probatio. sortes ē sortes. pla to est plato: et sic de alijs. ergo ois homo est ois hō. Et vt vult Boecius. nulla ꝓpositio est ve rior illa in q̄ ꝑdicat' idē de seipo. sz sic est hic. qr ois hō ꝑdicat' de omni hoie. ergo nulla est verior ista. et ꝑ cōsequēs est vera. Im probatio. sua cōtradictoria est vera. scz illa quidā hō nō est ois hō. ergo ipa ē falsa. Itē ad idē. ois hō est ois hō. sz sortes ē hō. ergo sortes est ois hō. silogism⁹ est in darij. cōclusio ē falsa. ergo aliq̄ ꝑmissa. nō minor ergo ma ior. sz maior ē sophisma. ergo ē falsuz. Solutio. ꝓma ē simplicit falsa, ⁊ ꝓbatio peccat ꝑm conse quēs ab insufficiēti enumeratio ne singulariū. qr cū illis q̄s assu mit debet sumere has a ꝓte sub iecti. sortes ē ois hō. plato ē ois hō. ⁊ etiā istas a ꝓte ꝑdicati ois hō est sortes. ois hō est plato. ⁊ sic de alijs q̄s dimittit. ⁊ sic pec cat ꝑm ꝓsequēs ab insufficienti enumeratione singulariuz. Ad aliud dicit' q̄ ibi idē nō ꝑdicatur de seipo: sed predicat' ois hō de de hoie sumpto ꝑ q̄libet sui ꝓte.

¶ Postq̄ autor determinauit de ꝺ signo ois oñ dendo q̄liter distribuat. hic cōsequēter ad ma iorē noticiā eoꝝ q̄ dicta fūt mouet tria sophis mata quoꝝ ꝓmū ē. ois hō ē ⁊ quodlibet dif ferēs ab eo ēnō hō. qō q̄dē sophisma ꝓbat ⁊ iꝓbat qō clare ꝓtz i textu cū solutōe eiusdē

¶ Pro secūdo sophismate scien dum q̄ secunduz sophisma est. ois hō ⁊ ali⁹ homo sunt. qō quidē sophisma probatur sic. sortes ⁊ alius homo sunt. plato ⁊ ali⁹ homo sūt: ⁊ sic de alijs. ergo ois homo et alius hō sunt. Imꝓbat' aūt sic. ali⁹ supponit pro di uerso ab omni hoie. ꝫ nō est aliquis hō diuer sus ab omni hoie. ergo sophisma est falsum qō cōceditur. Et ad ꝓbationē mīdet autor in textu q̄ peccat ꝑm fallaciā figure dictōis ar guēdo a plurib⁹ determinatis ad vnā deter minatā respectu hui⁹ termini alius. vñ si iste termin⁹ ali⁹ ꝓ eodez in numero acciperet' in singulis partib⁹ antecedētis tunc vna pars antecedentis esset falsa. vt si acciperet' ꝓ sor te tunc q̄n inductio veniret ad sortez dicendo sortes ⁊ alius homo sunt. illa pars esset fal sa: quia denotaret q̄ sortes esset ali⁹ a seipo. Aliter soluit autor q̄ ibi ē fallacia accidētis

q: licet sortes ⁊ plato ⁊ sic de alijs pñt iferre hoc totū in quātitate ois hō ꝓm se: nō tamen vt stat sub hoc adiuncto et alius homo sunt imo ois hō hic accidit sorti ⁊ platoni: ⁊ sic de alijs. ꝓm q accipiunt cū hoc adiuncto ⁊ alij homo sunt. rōne cui⁹ autor ponit vnā regulā in textu de fallacia accidēs q̄ satis clara ē.

¶ Secūdo sciendū est q̄ ꝓsequēter autor monet tertiū sophisma: et est istud. omnis homo est omis homo. qđ ꝓbat inductiue ꝓmo. ⁊ secūdo improbat. ꝓbatur sic. q: ibi ibidē predicat de seipō. ergo sophisma ē verū. Improbatur sic. sua cōtradictoria ē vera. sez hec quidā homo nō est omnis hō: igit ipm est falsum. Itē bene sequit ois homo est omnis homo. sortes est homo. ergo sortes est ois homo. cōclusio est falsa. ergo aliq̄ pmiss sarū. nō mino: ergo maior que est sophisma. Solutio. sophisma est simpliciter falsum: vt ostēdunt rationes improbātes. Ad primā ꝓbationē dicit q̄ peccat ꝑm fallaciā consequētis ab insufficienti inductione. q: debet fieri inductio a parte predicati dicendo sortes est omnis hō. plato est omnis hō: ⁊ sic de alijs. Ad aliā negatur antecedens. q: ibi nō predicatur idē de seipō. ꝫ predicatur omnis hō de hoīe sumpto ꝓ quolibet suoꝝ suppositoꝝ.

¶ Tertio sciendū est q̄ hoc signū omnis adiunctum predicato ꝓpositionis q̄n q̄ reddit propositionem falsam ⁊ quandoq̄ non. si enim predicatū sit terminus cōmunis habens actu plura suppōsita quoꝝ numerus sit indeterminatus. siue sit numeri singularis siue pluralis semp ꝓpositio ē falsa: sed si predicatū habeat plura suppōsita quoꝝ numer⁹ est determinatus ꝓpositio potest esse vera. si sumat in plurali numero. vt demōstratis duodecim aplis. vere dicit ish sunt oīs apli. sed si predicatū habeat vnicū suppositū actu et sumatur in singl'ari numero ꝓpositio est va. vt iste sol est ois sol. si autē sumatur in plurali numero est falsa. vt iste sol ⁊ omnes soles.

¶ Quarto sciēdū ē q̄ hoc signū omnis diuersimode se habet quando additur predicato ⁊ subiecto. q: q̄n additur predicato est pars ipsi⁹ predicati. sed q̄n additur subiecto nō est pars subiecti: ꝫ est dispositio ei⁹. vt cū dicit ois hō currit. hō p se est ibi subiectū. ꝫ cū dr ois hō est ois hō. hoc totū ois hō est predicatū. Ex quo patet q̄ predicatū ꝓpositionis affirmatiue quo ad se totū nunq̄ distribuit: ꝫ p̄ pars eius. ꝫ p̄dicatū ꝓpositionis negatiue p̄ distribuit: ꝫ p̄ pars eius. ꝫ p̄dicatū ꝓpositionis negatiue p̄ distribuit. ⁊ hoc fit per negationē que habet virtutem distribuendi illud qđ sequitur ipsam: siue mediate siue immediate.

¶ Sed contra predicta arguit. Primo sic. Adā differt ab oīi hoie q̄ ē. ⁊ tm nō est nō hō. vt ptz p̄ Porphirū in p̄dicabilibus dicentē. siue sortes sit siue nō sit semp est hō ⁊ aīal. q̄ sophisma ē falsū. ¶ Secūdo sic. sortes nō ē ois hō. q̄ differt ab oi hoie qđ est falsuz: q: ipe est hō. ¶ Tertio sic. ois hō ⁊ hō pict⁹ sūt. ꝫ hō pictus est ali⁹ ab oi hoie. ergo sophisma est verū. ¶ Quarto sic. ois hō non est sol⁹. ergo ois hō ⁊ ali⁹ hō sunt. ¶ Quinto sic. ois hō ⁊ ois hō idē sunt: igit vnū pōt predicari: ⁊ sic ista erit vera omis hō est ois hō.

¶ Ad argumenta aī opposita. Ad pmū dr: q̄ adā nō est hō existēs siue p̄s ꝓ quo tenet hō in secunda pte sophismatis. ¶ Ad secūdū negat p̄ña. q: negatio inclusa in hoc vbo differt posita in p̄nte pl⁹ negat q̄ negatio posita in aīte. et iō dz sic infert. sortes nō est ois hō. ergo differt ab aliquo hoie. et ad hoc q̄ posset iferri sortes differt ab oi homine deberet sic assumi. sortes est null⁹ hō qđ est falsuz. ¶ Ad tertiū negat p̄ña. q: hoc relatiuū ali⁹ debet inferre suū antecedēs vnuoce ꝓ hoīe viuo ⁊ hoīe picto. ¶ Ad quartū dicit q̄ solus pōt excludere ab omni hoie simpliciter: ⁊ sic p̄ns est falsuz. vel pōt excludere ab omni hoīe determinate sigillatim sumpto: ⁊ sic est verū: ⁊ hoc modo nō valet p̄ña. ¶ Ad quintuz dicitur q̄ si ois hō ⁊ ois hō capiant materialiter: sic sūt eadē. ⁊ hoc modo sophisma esset verū. sed si capiātur significatiue nō sunt eadem: vt patet in quarto notabili.

¶ Sequit de hoc signo null⁹ qđ significat q̄nvniuersaliter negatiue. Aī si gnificat idez sicut hoc signū ois cū negatiōe postposita. ⁊ iō ois nō et null⁹ equipollēt. De hoc signo null⁹ tal' dat regla. Quotiēscūq̄ hoc signū null⁹ adiūgit immediate termio cōi ꝓfūdit q̄m

mobilit & distributiue. sic' termi nū cōez sibi adiūctū mediate. vt null' hō ē asin'. vñ pt fieri descē sus sub subiecto sic. ergo sortes nō ē asin' nec plato & sic ō alijs: & etiā sub p̄dicato. Scōz p̄dicta q̄nt de hoc sophismate null' hō ē ois hō. ℑ Probat sic. sortes nō est ois hō. plato nō est ois hō: & sic de alijs: ergo p̄ma est v̄a. vel sic. sua p̄dictoria est falsa scz ista q̄dā hō est ois hō: ergo ē vera. Contra. ibi predicat oppositus de opposito. ergo locutio est fal sa. Solutio. p̄ma est v̄a. & ad im probationē respōdet p̄ interēp tionē. q2 ibi nō predicat oppositū de opposito. sed remouet ois homo ab homīe sumpto p̄ quoli bet suo supposito: & hoc est verū.

¶ Postq̄ autor determinauit de b̄ signo ois q̄ ō significat quoniā vl'r affirmatiue. hic p̄ter determinat de b̄ signo null' q̄ ō significat quoniā vl'r negatiue. vñ significat idē cū b̄ signo ois cū negatōne postposita. ī ō ois nō & null' eq̄pollent. vñ null' cōponit de nō & vllus: ideo sicut nō vll' eq̄pollet ois nō: ita sil'iter null'. vñ null' cōuenit cū hoc signo ois eo q̄ est signū distributiuū plurū partiū subiectiuarū.

¶ Pro quo p̄mo sciendum est q̄ q̄uis hoc signū null' in se sit vnuz & vnicū in se h̄eat virtutē distribuēdi: tñ respectu eoz q̄ suscepturus sunt sue distributōis virt' ei' est dupler. vt pt̄z in regula quā de ipso ponit autor i tertu. s. Quotiēscūq̄ b̄ signū null' immediate adiūgit termīo cōi ipm mobiliter p̄fundit & distributiue. & sil'iter terminū cui mediate adiungit. & ideo tam subiectū q̄ predicatū ppōnis vl'is negatiue distribuit. dum tamen fuerit termin' cōmunis. vt pt̄z dicendo null' hō est asin'. ibi em̄ tā hō q̄ asin' distribuitur. q2 sub vtroq̄ pōt fieri descēsus. Et cā huius regule est. q2 hoc signū null' significat quoniā vl'r nō distribuit terminū cui immediate adiūgit: & q2 significat etiā negatiue ī ō pōt distribuere terminū cui immediate adiungitur. & ex isto p̄z quare vniuersalis negatiua p̄t conuerti simpl'r.

¶ Secundo sciendum est q̄ circa hoc signū null' autor mouet tale sophisma. scz null' hō est ois hō. q̄d p̄bat sic. sortes nō est ois hō. plato no est ois hō: & sic de alijs. q̄ null' hō ē ois hō. Itē sua p̄dictoria est fal la scz hec aliq̄s hō est ois hō. ergo sophisma est verū. Improbat aūt sic. ibi predicat oppositum de opposito. ergo sophisma est falsum. Soluno. sophisma est verum: et improbatio assumit falluz. q2 ibi nō predicatur oppositū de opposito: sed remouetur esse omnem hominem a quolibet supposito hominis.

¶ Tertio sciēdum est q̄ sicut hec est vera. null' hō est ois hō: ita & hec nullus hō est null' hō. ibi em̄ remouet ois nullū hominē ab hoie p̄ quolibet supposito suo. Et ī ista null' hō est null' hō eq̄pollet huic omis hō ē aliq̄s hō p̄ quartā regulā eq̄pollētiarū. nec debet sumi aliq̄s p̄ aliquo determinato supposito hois cū ō2 ois hō est aliq̄s hō. sed debet sumi vage et indeterminate. ista aūt null' hō est ois hō eq̄pollet isti ois hō est non ois hō. i. ois homo est aliquis hō nō. que stat in veritate cū ista omnis homo est aliq̄s homo.

¶ Quarto sciēdū ē q̄ hoc signū null' q̄nq̄ est simul distributiuū & restrictiuū. vt cū dicit null' hō est mulier. sed hoc ē ratione diuersoz. est em̄ distributiuū rōne sui significati. q2 significat q̄n vl'r. sed est restrictiuuz rōne sui modi significandi qui est genus. In hoc signū nullus nō potest sumi collective sicut hoc signuz omnis. & hoc est ratōne negationis quā includit. ratione cuius semper habet distribuere & diuidere & nunq̄ colligere.

¶ Sed contra p̄dicta arguitur Primo sic. cū dicitur hō ē null' asinus. ibi homo nō distribuitur: & tamen ibi adiungit mediate hoc signū nullus. q̄ cōtra p̄mā regulā tertus. ¶ Secundo sic. bene sequitur nullus homo est ois hō. ergo null' hō est sortes. sed p̄ñs ē falsuz: q̄ & añs ¶ Tertio sic. illa p̄po ē falsa cui' p̄dicatū de nullo verificat de quo subiectū vificat. & sic est de ista null' hō ē ois homo. q2 nullus homo verificatur ō asino & equo: & sic de alijs. & tamen de nullo illoz ve rificatur ois homo, ergo sophisma est falsuz.

Quarto sic. nullus ois ho mo cōtrariat. ℰ null⁹ hō verificatur de nullo hoie. ergo ois hō nō verificat de nullo hoie. alias contraria verificarent de eodē. ergo sophisma ē falsuz.

Quinto sic. bñ sequitur null⁹ homo est nullus homo. ergo null⁹ homo est nō sortes. sed cōsequēs est falsuz. qz plato est nō sortes. ergo est falsa ista null⁹ homo est nullus homo

Ad argumēta ante oppo. Ad primū istoz dr qz i illa ꝓpositōne illud signū nullus nō adiungitur illi termino hō nec mediate nec imediate. qz signū solū dicitur adiungi illi qđ sequitur ipm ⁊ solum in illud potest agere.

Ad secundū negatur assumptū. ibi em nō bene arguitur. qz nō bene sequitur nullus hō est ois hō. ergo null⁹ hō est sortes. qz nō dz sic subsumi sub illo pdicato ois homo descēdēdo null⁹ hō ē ois hō. ℊ null⁹ hō ē sortes. nullus hō est plato. ⁊ sic de alijs. ℊ dz sic subsumi. null⁹ hō est ois hō. ergo nullus hō est res que sit omnis homo.

Ad tertiū dicitur qz ſ null⁹ hō accipiat materialiter siue ꝓ toto in quātitate null⁹ hō. siue accipiat positiue. ita qz virtute intellect⁹ accipit ꝓ aliqua re que ē null⁹ hō. vt ꝓ asino vel ꝓ lapide. ic sophisma bene eēt falsuz. sed si accipiatur significatiue. ita qz hō sit subiectū ⁊ nō hoc totū null⁹ hō. ⁊ sic est verū.

Ad quartū dicit qz ꝓtraria bene verificant de eodē negatiue. vt de eodē puta de rubeo vere dicit nec est album nec nigrū. ⁊ ita cū dicitur null⁹ hō ē ois hō. ibi remouetur esse nullus hoiem ab omni hoie. ⁊ cū dicitur nullus homo est nullus hō ibi remouet esse nullus hoiem ab omni hoie. ⁊ ita ois hō ⁊ null⁹ hō negant de eodē hoie.

Ad quintū negatur assumptū qz ibi arguit a distributione inferioris ad distributionē superioris. qz arguitur ac si sic diceret omis hō nō est null⁹ hō. ergo ois hō est nō sortes. nō sortes em in plus se habet qz nullus hō. Un de datur talis regula. Quotienscūqz in aliq ꝓpositione ponit vle vlr sumptuz negatiue nō debet fieri subsumptio sub illo predicato ratōne distributionis sibi conuenientis per signū vle. sed ratione distributionis sibi cōuenientis rōne negationis. et ideo debet sic argui. nullus homo est nullus homo. ergo nullus homo ē res que sit nullus homo. puta lapis. et nō sic. ergo nullus homo est nō sortes. vel plato. similiter hic nullus homo est omis hō. ergo null⁹ homo est res que sit omis hō.

Et notandum est qz ista nullus homo est omnis homo debet sic cōuerti. ergo nihil existēs omnis homo est aliquis homo.

Sequit de hoc signo nihil qđ significat idem qz null⁹. sz includit i se terminū recipientē suā distributionez. qz nihil est signū vniuersale cū negatione. et res est termin⁹ recipiēs ei⁹ distributōez. Scōm ꝑdicta querit de hoc sophisma te. nihil videns est aliqd vidēs. Probat sic. nō hanc rem vidēs est aliqd vidēs. qz nō vidēs sortē est videns platonē. nō illā rē videns est aliqd videns: ⁊ sic de alijs. ergo nihil vidēs est aliqd vidēs. ergo ꝑma est vera. Contra. ibi ꝑdicat oppositū de oppositō: ergo locutio ē falsa. Quidā distinguūt ꝙ. nihil vidēs ē aliqd vidēs: eo qz hec dictio nihil pōt esse accusatiui casus. ⁊ ē sensus. nullā rē vidēs ē aliqd vidēs. vl pōt eē nōiatiui casus ⁊ ē sensus nulla res vidēs est aliqd vidēs. et ſm hoc ponūt amphibologiā ex parte casus. sed hoc nō soluit qz in vtroqz sensu est falsa. Sed alij distinguūt hāc itez. nihil vidēs. eo qz negatio in hoc termio nihil pōt negare ꝓncipiū ꝓmo positū. et est sensus nullā rem vidēs est aliqd vidēs: ⁊ sic est diuisa. vl pōt negare hoc verbū est. ⁊ tūc ē sensus qualibet rē vidēs nō est aliquid vidēs. ⁊ sic est cō-

positā. sz hoc nō soluit. qz i vtro qz sensu est falsa. cū opposita po nanť circa idē. Solutio. dicēdū ē qꝫ pria simpliciť ē falsa. ꝛ pba tio peccat ꝑ fallaciā figure dicti onis a plurib⁹ determiatā ad vnaz determiatā hui⁹ termini vidēs. qz in p̄missis hz suppositōnē de termiatā ꝛ in cōclusione similiť. vel peccat fm fallaciā accidēť. qz q̄uis videre cōicať oibus fm se nō tñ fm qꝫ vnitur in hoc toto nihil vidēs. Unde totuz accidit parti. ꝛ esse vidēs aliq̄d assigna tur ineſſe vtriqz. Sciendū est qꝫ oēs p̄missę sunt duplices. quia negatio pōt determiare verbuz vel participiū. vt dictū est pri⁹. Unde ātiqui posuerūt p̄missas esse duplices ꝓpter talē regulaz quā dabāt. Quotiēscūqz negatio ꝛ distributio incl udunť i vno termio ad quodcūqz referť vnū et reliquū. Uñ cū distributio posita in obliquo nō possit in predicta oꝛōne attigere verbū ita neqz negatio. Itē idem est iudiciū de istis sophismatib⁹. Nullū caput habēs est aliqꝺ caput hoīs. A nullo homie differens est. ab aliquo hoie differēs est ꝛ cetera

¶ Postqꝫ autoꝛ determiauit de hoc signo null⁹. hic ꝓ seq̄nter determiat de b̄ signo nihil. cui⁹ oꝛ dinis rō ē. qꝛ hoc signū nihil vltra hoc signū null⁹ icludit terminū recipiētē er⁹ distributionē. ideo hoc signū null⁹ simplicⁱ⁹ ē qꝫ b̄ signū nihil, rōne cui⁹ prius est determinatū de ipo.

¶ Pro quo pri⁹ sciēdū ē qꝫ hoc signū nihil est signū distributiuū subiecti ꝛ in hoc conuenit cuz his signis omnis ꝛ nullus. sed differt primo ab hoc signo omnis. qꝛ ois significat qm̄ vniuersaliter affirmatiue. nihil autem significat qm̄ vniuersaliter negatiue. differt etiā ab hoc signo null⁹. qꝛ includit terminū receptiuū sue distributionis. Unde nihil id est nulla res. ꝛ ibi res est, termin⁹ recipiens distributionē importatā per hoc signū nihil. Ex istis patet qꝫ sicut hoc signū nullus distribuit terminū sequentē ipm tam mediate qꝫ imediate: ita similiť hoc signū nihil. distribuit em̄ terminū in ipo inclusum qui se habet vt termin⁹ imediate sequens. distribuit etiam terminū positum a parte predicati qui se habet vt terminus mediate sequens ipsum.

¶ Secundo sciēdū est qꝫ ad maiorem notificationez huius signi nihil autoꝛ mouet vnū sophisma in textu. Et est istud. nihil videns est aliquid videns. Cui⁹ ꝓbatio et iꝓbatio satis patent in textu. ꝛ subiūgit cōsequēter quandā solutionē antiquoꝝ q̄ dicebant ibi esse amphibologiaz et diuersitate casus fm qꝫ nihil pōt esse noīatiui casus vel accusatiui casus. Sz petr⁹ hysp. iꝓbat dictā solutionē. qꝛ i vtroqz sensu sophisma ē falsuz ideo ad soluēdū ipm debet simpliciter negari. pōt tamen distingui ne aliq̄s videatur suā multiplicitatē ignoꝛare: et etiam vt meli⁹ videatur qualiter in vtroqz sensu sit falsum.

¶ Tertio sciendū est qꝫ antiq̄ aliter distinguūt dictū sophisma. et dicunt qꝫ ibi potest esse compositio scd̄m qꝫ negatio inclusa in hoc signo nihil potest ferri ad copulaz. et sic est composita. vel ad illud participiū videns: et sic est diuisa. vnde si illud signum nihil sit accusatiui casus dicta solutio est simpliciter reꝛobanda. quia vt patet per regulam positam in textu negatio inclusa in hoc signo nihil dum est accusatiui casus non potest ferri ad copulam. cum distributio in ipo inclusa non distribuat predicatum. sed quando nihil est nominatiui casus tunc ex quo distributuz potest ferri ad predicatum. ita etiam negatio inclusa i hoc signo nihil potest ferri ad copulam. ꝛ ita scd̄m hoc videtur qꝫ ipm sophisma posset distingui. sed tamen vt dictuz est de solutione precedenti ista distinctio nō solut sophisma. qꝛ in vtroqz sensu ipsum est falsum.

Quarto sciẽdũ est ꝙ ꝯsequens auctor soluit dictũ sophisma ꝑm eius ꝓpriam opinionẽ dicens ꝙ ꝓdictũ sophisma ẽ simpliciter falsũ. Et ad ꝓbationẽ respõdet ꝙ peccat ꝑm fallaciã figure dictõnis arguẽdo a pluribus determinatis ad vnã determinatã respectu hui⁹ terminj videlicẽt. Tamen ꝓ ista solutõe oportet supponere ꝙ istud signũ nichil positus in cõsequente sit accusatiui casus ⁊ ꝙ nõ possit distribuere istũ terminũ videlicẽt, si enim nichil esset nominatiui casus ⁊ distribueret istuz terminũ videlicẽt in ꝯsequẽti: tũc nõ argueretur a plurib⁹ determinatis ad vnã determinatã: sed eẽt bona inductio. et sicut cõsequẽs esset falsũ ita et ãcedens. debet eñ iferri sic. ista res nõ videlicẽt est aliq̃d videlicẽt. ⁊ ista res nõ est aliq̃d videlicẽt. et sic de alijs: ergo nichil videlicẽt est aliq̃d videlicẽt. modo omnes iste ꝓmisse sunt false sicut ⁊ ꝯsequẽs. Aliter aũt soluit auctor in textu dicẽs ꝙ ibi est fallacia accidẽtis. qz ꝓmissis videre attribuit omnibus suppositis huius qđ est nichil videlicẽt secũdũ se acceptis: ⁊ nõ ꝑm ꝙ vniuntur in hoc toto nichil videlicẽt.

Sed contra ꝓdicta arguit ꝓbatio primo sic. omne signũ distributiuũ oz aliq̃d significare. ſ. dispositionẽ subiecti inquãtũ subiectũ ẽ hoc signũ nichil nullã rem significat. imo dicit negationem cuiuslibet rei: ergo non est signũ distributiuũ. Secũdo sic. nichil significat qñ vniuersaliter. et etiã significat terminuz susceptiuũ distributõis ei⁹: ergo est equiuocum ⁊ ꝑ ꝯsequẽs sophisma debet distingui. Tercio sic. nichil vt iam dictũ est significat terminũ recipientẽ distributionẽ eius: ergo cum hic solum determinet de signis distributiuis hic nõ est determinandũ de ipso. Quarto cõtra regulam posita in textu. qz distributio importata ꝑ signũ negatiuũ bene fertur in subiectuz ꝓpositionis non aũt negatio: ergo contra regulam. Quinto, distributio importata ꝑ hoc signũ nichil fertur in predicatum materiale. negatio autem fertur solum supra copulaz ⁊ nõ supra predicatum. ergo contra regulam.

Ad argumenta ante opposita

Ad primũ istoꝝ dr ꝙ ly hoc signũ nichil non significat aliquã rẽ positiuã. tñ significat aliq̃d priuatiue et negatiue. ⁊ hoc fundatũ est in ĩaffirmatione. ideo hoc sufficit ad hoc ꝙ signum sit distributiuũ. Ad secundũ dr ꝙ ly hoc signũ nichil significat illa duo: tamẽ significat illa ꝑ modũ vnius. ideo nõ est equiuocũ. Ad tercũ dr ꝙ hic principaliter determinat de hoc signo nichil put distributiuũ est. ⁊ iste aliter solum ostenditur ꝙ importat terminũ recipiẽtem eius distributionẽ. Ad quartũ dicit ꝙ in signo vlí negatiuo duplex est virtus distribuendi. quedam est que cõuenit ipsi signo ꝑ se et inquantum significat qñ vlr. et ista bene fertur in subiectum. alia est virtus distribuẽdi que conuenit ipi signo ex consequenti ratione negationis quã ꝛncludit. ⁊ de illa virtute intelligitur regula. Ad quintuz dr ꝙ ly negatio primo et per se solũ feratur in copulam: tñ ex consequenti bene fertur in predicatum materiale ipsum distribuendo.

Restatur de signis distributis duoꝝ. ⁊ talia sũt neuter ⁊ vterqz. Et differũt a ꝓdictis: qz oĩs nullus ⁊ similia distribuũt ꝑ oĩb⁹ idiuiduis termini cõis: sed vterqz ⁊ neuter distribuũt solũ ꝑ duob⁹ ꝑ demõstratõez. vt vterqz istoꝝ. neuter istoꝝ. Secũdũ predicta qñ ꝺ hoc sophismate ab vtroqz istorũ enunciatũ est verum. posito ꝙ sortes dicat deũ esse. plato vero dicat hoiem cẽ aial. ⁊ ãbo dicãt simul hoiem esse asinũ. ⁊ illi duo demõstrãtur ꝑ hoc ꝓnomẽ istorũ. ꝓbatio a sorte enũciatuz est verum: a platone enunciatuz est verũ: ergo ab vtroqz istorum enunciatũ est verũ. Contra. ab vtroqz enunciatũ est verũ: sed nichil enunciatũ ẽ ab vtroqz istoꝝ nisi hoiem esse asinũ: ergo hoiez esse asinũ est verũ. qđ est falsuz.

Solutio: ꝓma est vera ⁊ ꝓbatio peccat secundũ fallaciaz acci

dentis. sicut habet ab aristotele hec ppositio ponit esse vera. oīs ptrarioꝝ eadem est disciplina. ⁊ tñ nulla particularis disciplina est omniū ptrariorū: sed disciplina cōiter sumpta. Unde hic est fallacia accidentis oīm ptrariorū eadem est disciplina: sz nulla est disciplina nisi hec vel illa. ⁊ sic de alijs. ergo oīm ptrarioꝝ hec eadē est disciplina vel ista quod falsum ē. Siliter hic. hō ē species. ⁊ nullꝰ hō ē nisi sortes vl̄ plato. ⁊ sic de alijs: ergo sortes ē species vl̄ plato. ⁊ sic de alijs. Et sic ē fallacia accidētis ī ppositio: qz hec dictio enūciatū ē. ⁊ hec dictō vez tenet̄ p ipō ī cōi: ⁊ sic ab vtro qꝫ ultoꝝ enūciatū ē vez. Un enūciatū nō tenet̄ p pticulari enūciato ab vtroqꝫ. Un pticulare enunciatū ab vtroqꝫ accidit enūciato ī cōi sicut pticulare īferiꝰ accidit suo supiori. ⁊ verū assignat̄ vtriqꝫ esse. Et appellat̄ supius hic oīme qđ est maius siue sit essētiale siue accidētale. Quidā tñ dicūt q ꝑma ē simplicit̄ falsa. ⁊ dicūt q enūciatū accipit̄ p particulari enūciato ab vtroqꝫ. ⁊ similit̄ verū p particulari. Et ꝓbatio peccat ꝑm fallaciā figure dictiōis a pluribꝰ determinatis ad vnā determinatā huius termini enūciatū: ⁊ huiꝰ termini verum. sed prima solutio melioꝛ ē et subtilioꝛ.

Sēqt̄ de hoc signo neut̄ qđ significat idē q vter q cū negatōe sibi ppositā. Un sicut nullꝰ de se hz distributionē ⁊ negationē. sic̄r ⁊ neuter: sz ueuter ē distributiuū duorū tm. Itē q̄rit̄ de hoc sophisma te. neutrū oculū habendo tu ꝓtes videre. ꝓbatio. dextrū oculū nō habēdo tu potes videre. sinistrū oculū nō habendo tu potes videre: ergo ꝑma ēva. Contra. neutruz oculū habēdo tu potes videre: ergo si neutruz oculū habes vl̄ oū neutruz oculū habes tu potes videre qđ falsū est: ꝓsequētia pz. qz gerūdia terminata ī o habēt resolui p dū. p si. vel p quia. sz vtroqꝫ modo ē falsa. ergo ꝑma ē falsa. Solutio. ꝑma ē falsa. ⁊ ꝓbatio peccat scōm fallaciā accidēt̄: qz posse videre cōuenit ptibꝰ scōm se. s. put sunt diuise: sz nō ꝓuenit eis put sūt vnite ī suo toto. Un hoc patet p primā regulam cum ad partes seq̄tur totum. vt potestas vidēdi cōuenit partibus: et non toti. ideo si partes inferantur de toto ibi ē fallacia accidentis. ⁊c.

Postq̄ determinauit autor de signis distributiuis pluriū. hic ꝓsequēter determinat de signis distributiuis duoꝝ. Cuiꝰ ordinis ratio ē qz distributio dr q̄si vniꝰ in pka diuisim facta partitio. ⁊ sic quato aliquid ad plura distribuit tāto ꝑfectior: modo sibi ꝓuenit natura distributōis. ⁊ ideo prꝰ determinat̄ de signis distributiuis pluriū q̄ de signis distributiuis duoꝝ

¶ Pro quo primo sciẽdum est q̃ sicut se habens omnis et nullus ita eodẽ modo se habent uter et neuter: sicẽm nullus ĩcludit omnis cum negatione postposita: ⁊ valet tm̃ sicut omnis non. ita neuter valet tm̃ sicut uter non negatione postposita. Unde neuter est idem q̃ uter q̃. non differunt aũt ab eis q̃ omnis et nullus sunt distributiua plurũ. uter q̃ autẽ et neuter solũ distribuũt pro duobus p demonstrationẽ ostensis. unde neuter etiã conuenit cum hoc signo nihil: quia sicut nichil distribuit terminũ ipm̃ sequentem tam mediate q̃ immediate. similiter et neuter.

¶ Secũdo sciẽdũ est q̃ circa hoc signũ uter q̃ autor mouet tale sophisma licet q̃ sortes dicat deum esse. et plato dicat hominẽ esse animal. ⁊ ambo simul dicant hominẽ esse asinum. quẽritur de ueritate hui⁹ sophismatis ab utroq̃ istor enunciatũ est uerum. cuius pbatio et improbatio satis patent in textu. ¶ Consequenter autor soluit dictum sophisma dicens q̃ ipm̃ est uerum ⁊ improbatio peccat ſm̃ sciõm fallaciam accidentis. sicut hic homo est species. sed non est aliquis homo nisi sortes aut plato. ⁊ sic de alijs: ergo sortes uel plato est species. ibi esse species uere cõuenit homini: et p hoc infertur de sorte cui non cõuenit. Similiter cum dr in improbatione huius sophismatis. ab utroq̃ istor enunciatum ẽ uerum: sed nichil est enunciatum ab utroq̃ istorũ nisi hominẽ esse asinum: ergo hominẽ esse asinum est uerum. ibi est fallacia accidentis. q̃a esse uerum in sophismate attribuitur enũciato in communi cui uere conuenit. et per hoc infertur de hoc particulari enunciato hominem esse asinum cui non conuenit.

¶ Tercio sciendũ ẽ q̃ ꝑsequenter autor ponit unã aliã solutionẽ antiquorũ dicentiũ q̃ sophisma est simpliciter falsum. et q̃ ꝓbatio peccat ſm̃ fallaciã figure dictõis arguendo a pluribus determinatis ad unã determinatã. ratione huius termini uerum. ⁊ ratione huius termini enunciatũ. Sed ut dicat autor in textu ꝓma solutio est melior ⁊ subtilior. ideo dicendũ est q̃ enunciatũ in premissis ꝫ suppositionẽ determinatã: sed in cõclusiõe supponit simpliciter: non tm̃ sic q̃ nullo modo stet pro inferioribus: sed q̃ non stat pro inferiori determinato: ratione cuius posset reddi locutio uera.

¶ Quarto sciẽdũ est q̃ circa hoc signũ neuter autor mouet tale sophisma. s. neutrũ oculũ habẽdo tu potes uidere. ¶ Cuius pbatio ⁊ improbatio satis patẽt in textu. Deinde soluit ipm̃ dicẽs q̃ simpliciter ẽ falsum. ⁊ ad pbationẽ dicit q̃ peccat ſm̃ accidens. uidere enim uere conuenit ptibus. s. oculo dextro ⁊ sinistro p se acceptis. ideo nõ habẽdo sinistrum adhuc potes uidere p dextrũ oculũ et ecõtra. ⁊ propter hoc infert de ipis ſm̃ q̃ stant sub hoc toto neutrũ oculũ habendo. ⁊ tm̃ in ipis ut sic nõ cõuenit. ideo ibi ẽ fallacia accidẽtis. deberet ẽm̃ argui sic. nec dextrum oculũ habendo: nec sinistrum oculum habẽdo tu potes uidere. ergo neutrũ oculum habẽdo tu potes uidere: et sic antecedens est falsum sicut et consequens.

¶ Sed cõtra predicta arguitur primo sic. nõ ponũtur aliqua signa distributiua triũ aut quattuor: ergo nõ debẽt poni signa distributiua duor. ¶ Secũdo sic. signum ule scõm̃ uariationem termini cui adiungitur ut dictum est prius de hoc signo omis: ergo q̃ uter et neuter ponũtur cũ terminis habentibus plura suppositа q̃ duo distribuẽt p plurib⁹. ¶ Tercio sic. si neuter esset signũ ule iste esset ꝺtradictorie neuter homo currit. ⁊ alter homo currit. ⁊ tamen possunt simul esse uere: ergo ꝺtradictorie essent simul uere q̃ ꝺ est falsum: ergo neuter nõ est signũ uniuersale distributiuũ. ¶ Quarto sic. si iste termin⁹ enunciatũ in premissis ꝓbationib⁹ pmi sophismatis supponeret determinate. et in conclusione simpliciter sicut dictum est. sequeret̃ q̃ ꝓbatio peccat ſm̃ fallaciam figure dictionis arguendo a ꝑsonali suppositione ad simplicem: ⁊ sic ꝓbatio esset nulla. ¶ Quinto sic contra secũdũ sophisma. quia in probatione eius arguitur a ptibus in quantitate ad suum totum: ergo est bonus locus dialecticus: ⁊ sic ꝓbatio non peccat ſm̃ fallaciam accidentis.

¶ Ad argumẽta ante oppo. Ad primũ istorum ꝺr q̃ negatur ꝑsequentia: quia ista signa omis et nullus sufficienter distribuũt p tribus ⁊ quattuor: sed nõ ꝓprie p duobus. quia de duobus non dicimus omnis. ideo conuenienter ponuntur aliq̃ signa distributiua duorum. ¶ Ad secundũ dicitur q̃ non est simile de istis duobus signis ⁊ alijs. quia alia signa distributiua sunt ipposita sic q̃ posset distribuere terminũ adequate pro omnibus suis suppo-

sitis: & ista duo signa vter & neuter sūt ipositā vt distribuerēt solūmodo p duobus p demōstrationē ostensis. Ad tertiū dr q si capiatur alter indefinite sic q possit supponere pro alijs ab his que distribuūt p neuter, sic dicte propositōes nō essent ꝯdictorie: sed si capiat alt: vt dicit particionē seu ptez huius qō distribuitur p neuter, sic dicte propositōes sunt contradictorie. nec vt sic possent simul esse vere. Ad quartum dr q duplex est suppositio simplex quedā est termini cui repugnat stare pro suppositis. & sic arguēdo a suppositione psonali ad suppositionē simplicem hoc modo acceptam non bene arguit. alia est suppositio simplex q nē conuenit termino cui non repugnat stare p suppositis: sed stat pro suppositis indefinitis. & arguēdo a suppositione psonali ad simplicem hoc modo acceptā non est fallacia figure dictōis. Ad quintum dr q in dicta probatione arguitur a partibus in quantitate ad suum totum respectu predictorum ponentium differentiam inter totum et partes, et dō non bene arguit: sed probatio peccat fm accidens

Habito de signis distributiuis ptū subiectiuarū. ꝯsequēter qrit vtrū negatio habeat vim distribuēdi siue ꝯfūdendi. Et videt q sic: qr Aristoteles i primo periarmenias dicit q ille ꝯdicūt. hō ē iust⁹. nō hō est iust⁹: ergo altera ē vēra cū subiciat terminū cōis. sz non nisi hic nō hō est iustus: ergo ille terminus hō distribuit: sz nō ē ibi aliq̄d a quo distribuit nisi negatio. ergo distribuat a negatōe. Contra si negatio habeat vim ꝯfūdē di: ergo sicut ista ē incōgrua omis sortes currit. sīliter hec nō sortes currit. qō ē falsum: qr quāuis signū distributiuū nō possit addi termino singlari tñ negatio bñ pōt addi. Itē vbicūq; ē distributio ibi ē terminus cōis sumptus vēr: ergo oportet q ibi sit dictio significās qm vēriter: sz signū vē significat qm vēr tm̄m nō. negatio vō nō ergo non hz vim distribuēdi qō ꝯcedim⁹ dicētes q negatio non ꝯfūdit: sed negat hoc qō post se iuenit. Vñ cū adiūgit termio cōmuni negat ipz: sz ad negatōez suprioris seq̄t negatio cuiuslibet iferioris. eo q destructo superiori destruit qlibet ei⁹ iferi⁹: ergo negatio nō ꝯfūdit: sz negat qō post se iuenit siue sit vē siue pticulare. Solutio ātē pz ad hoc qō obicit: qr q hec ē vēr nō homo ē iust⁹ hoc nō est ꝓpter naturam distributōis existētis i negatiōe sz hoc est qr negat hō in cōi quo remoto remouet qlibz ei⁹ iferi⁹. Item solet poni quedam distributio aptitudinis: vt omnis hō timet in mari. hic est aptus nat⁹ timere in mari. Item solet poni distributio accōmoda: vt celum tegit omnia preter seipsum. & deus creauit omnia alia a se. sz ista duo genera distributionis non sunt ita propria sicut alia.

Postq̄ autor determinauit de signis distributiuis ptū subiectiuarū. hic ꝯsequēter determinat de negatione: querēdo vtr negatio habeat vim distribuendi. Cuius ordinis ratio ē qr in isto tractatu autor principaliter intendit determinare de signis distributiuis. et q negatio ꝓpriē nō distribuit. nō prius determinatum est de signis distributiuis partiū subiectiuarū

q̄ de negatione. qz tamen negatio p accidēs distribuit p ptibus subiectiuis. ideo imediate post signa distributiua ptium subiectiuarū determinat de ipa negatione anteq̄ determinat de signis distributiuis partium integraliū.

¶ Pro quo sciendum est primo q̄ negatio potest capi dupliciter. vno modo pro oroe negatiua. ⁊ isto modo nō sumit hic. alio mō modo capitur p instrumēto negandi siue p signo negatiuo cuiusmodi est hoc aduerbium nō. et hoc modo pōt capi dupliciter. vno modo negatiue siue negāter. ⁊ hoc ē qn̄ additur termino p appositionē sic q̄ nō facit vnaz dictionē cū illo cui addit. Alio modo capitur infinitanter ⁊ p compositionē. sic q̄ facit compositionem cum termino communi cui addit. ⁊ de negatōe negāte soluz est hic ad ppositū

¶ Secūdo sciendum est q̄ autor in textu arguit ad vtrāq; ptē dicte questionis q̄ querebat in principio continuatōis vtrum negatio habeat virtutē confundendi siue distribuēdi vt satis patet in textu. Sed p solutiōe questionis est notandū q̄ aliquid potest habere virtutem distribuēdi dupliciter. vno mō primo et p se. alio modo p accidēs siue ex cōsequēti. Tunc iudicatur q̄ negatio non habz virtutē primo et per se: vt pz p duas rōnes i textu: qz si nō possz addi termino singulari. eiaz qz non significat q̄m vnū aliter. tamen negatio bene habet virtutē distribuendi p accidēs qz primo et p se negat formā importatā per terminū qui si sit cōis ad eius negationē sequit negatio cuiuslibet inferioris eius. ⁊ sub tali termino pōt fieri subsumptio. ⁊ distribuit p accidēs. si vero addat termino singulari qz ille significat formā individuatā ad cui⁹ negatōez nō seq̄t negatio alicui⁹ inferioris. ideo nō distribuit talē terminū: et ita sibi cōgrue pōt addi.

¶ Tertio sciēdū est q̄ autor in textu consequenter ponit quandā aliam distributionē que dicitur distributio aptitudinis vt cū dicitur omnis homo timet in mari: non ē sensus q̄ omnis homo actu timet in mari. sed qz omnis homo aptus natus est timere in mari. Et sic distributio aptitudinis dicitur non solū qz predicatum aptitudinaliter cōuenit subiecto: sed qz aptū natū ē conuenire suppositis subiecti fm̄ suā naturā. vñ si homo ēet in mari fm̄ suam naturam natus est timere. et si nō timeret esset contra eius naturam.

¶ Quarto sciēdū est q̄ autor ponit in textu quandā aliam distributionē q̄ vocatur distributio accōmoda. ⁊ vocatur talis distributio accōmoda: qz terminus nō distribuitur p oibus suis suppositis seu simpliciter et adequate. sed accommodatur seu capit vnū sc̄z ipm̄ subiectū ⁊ distribuit p omnibus alijs vt cum dr celum tegit omnia corpora. ibi nō est distributio p oibus rebus simpliciter corporalibus: sed p omnibus rebus corporalib⁹ alijs a celo. Et celū accōmodatur seu excipit ab illa distributōne. ⁊ similiter solet dici q̄ ibi est distributio accōmoda dū dr q̄ dialetica habet viam ad principia omniū methodorum.

¶ Sed contra p̄dicta arguit ¶ Primo sic. prius dictu est in textu q̄ hoc signum nullus rōne negatōis quā includit habet virtutē distribuēdi p̄dicatu: ergo negatio habet virtutē distribuendi. ¶ Secūdo sic. cū dr homo non est asinus. sub illo termino asinus potest fieri descensus. ergo distribuit ⁊ non nisi p negationē. ergo negatio habet virtutē distribuēdi. ¶ Tertio sic. distributio est multiplicatio terminī cōis facta p signū vle. ergo negatio non distribuit. ¶ Quarto sic. vnius rei ē vnicus actus. sed negatōis actus est negare. ergo non pōt distribuere. ¶ Quinto sic. dictū est in textu q̄ hoc signū omis adequate distribuit terminū p oibus suis suppositis. ergo cū dr celū tegit omia. ibi nihil accōmodat seu excludit. ⁊ sic non ē ponenda distributio accōmoda

¶ Ad argumēta ante oppo. Ad p̄ma tria simul dr q̄ negatio non habet virtutez distribuendi primo et p se. et hoc pbat terminatio. sed bene hz virtutē distribuendi p accidens: vt pbant due primē rōnes. ¶ Ad quartum dr q̄ vnius rei est vnicus actus ppr⁹ p. imo et p se sibi cōueniens. sed vni⁹ rei bene sūt plures actus quoz vn⁹ ē ppr⁹ et ali⁹ cōis. vel quoz vnus p se sibi conuenit ⁊ ali⁹ p accidēs. ⁊ hoc modo est de negatione. Negatio em̄ habet vnicū actū primo et p se ppr⁹ sibi conueniētē qui est negare. sed bene habet vnū aliū actum p accidens sibi conuenientez q̄ est distribuere. ¶ Ad quintū dr q̄ hoc signū omis de sua natura distribuit terminū cōmunez adequate p oibus suis suppositis. sed tamen in aliq̄bus orationib⁹ determinatis fm̄ cōem hoim⁹sū excludit vnū suppositū a sua distributione: ut patet i exemplo textus, et q̄a ista

genera distributionū non sunt ita ꝓpria sicut ꝓcedentia. ideo postenus de ipis determiauit

Sequitur de hoc signo totus qđ ē distributiuū pⁿ tiū integraliū. vt hic totus sortes ē albus. Est em̄ sensus. sortes ꝑm quālibet sui pt̄ē albus Vñ ad ist̄ā totⁿ sortes est albⁿ. immediate seq̄t ista. sortes ꝑm quālibet sui pt̄ē est albus ad quā seq̄tur. q̄libet ps sortis ē alba. Probatio. i hac totⁿ sortes ē albus. sortes subicit albedini ꝑm se. t pt̄es eiⁿ nō ꝑm se. sed p ut sunt i suo toto siue sub forma totiⁿ. ergo nō subiciūtur albedini nisi p totū. t sic p prⁿ seq̄t hec. sortes ꝑm quālibet sui pt̄em ē albus. t postea illa q̄libet ps sort̄ est alba. Item in hac totⁿ sortes est albus. totus subicit albedini i rectitudine. pt̄es aūt i obliq̄tate. qr i eo qđ est totū pt̄es intelligūtur i obliq̄s. t in eo qđ est ps totū sumit̄ oblique. qđ pz p diuisionē eius qđ est totū. vt domⁿ ē ex pariete tecto t fūdamento. et sortes ē ex pt̄ibus: ergo illud qđ ē totū dat intelligere pt̄es obliq̄s ergo ad hāc totus sortes ē albⁿ. īmediate seq̄tur hec sortes sedm quālibet sui pt̄ez ē albus. t mediate seq̄tur ista. q̄libet ps sortis est alba. Item ad idē: illud qđ est ps nō habz esse nisi ab eo qđ est totū: qr nō habet pfectionē nisi ab eo: ergo nō subicitur alicui nisi per totū: ergo totum prius subicitur: ergo ad hanc totⁿ sortes est albus: immediate sequit sortes secundū quālibet sui partez est albus. t immediate quelibet pars sortis est alba. Secunduz predicta queritur de hoc sophismate. Totus sortes ē minor sorte. pbatio. quelibet ps sortis est minor sorte. t sortes ꝑm quālibz sui pt̄ē est minor sorte: ergo totⁿ sortes ē mior sorte. Cōtra. totⁿ sortes ē minor sorte: ergo sortes ē minor sorte. Solutio. pma ē vera. scz hec totⁿ sortes est mior sorte: t pbatio peccat ꝑm accidens qr in ista totus sortes est minor sorte. p̄dicatū attribuit partibⁿ q̄bus vere conuenit. sorti aūt nō conuenit. t ideo hec ē simpliciter falsa sortes est minor sorte. t idō si partes iferāt esse minorē sorte de toto siue de sorte erit fallacia accidētis per vnā regulā supradictā. vñ totus sortes res subiecta: t sortes accidit ei. t eē mior sorte assignat̄ vtriq; inesse. Ētiā ip̄robatio peccat ꝑm q̄d ad simpliciter: qr ista totⁿ sortes est minor sorte: non ponit sortē sedz secundz ꝑm suas pt̄es. t ideo ponit sortē ꝑm q̄d esse minorē sorte ita cū simpliciter inferatur: ergo sortes est minor sorte peccat ꝑm q̄d ad simpliciter: sicut sortes ꝑm pdē

est minor sorte: ergo sortes ē mi/nor sorte. Itē in q̄busdā seq̄t̄ totus sortes: ergo sortes. vt totus sortes ē alb⁹: ergo sortes ē alb⁹. ⁊ in q̄busdā nō. Querit in q̄bus est: ⁊ in q̄bus nō. Dicēdū est q̄ sunt q̄dā accidētia q̄ indifferent conuenīūt parti et toti. vt albus niger. calidū frigidū. augeri mi/nui. ⁊ i talibus bñ seq̄tur tot⁹ sortes: ergo sortes. Alia sūt accidē tia que ꝓuenīūt ꝑtibus ⁊ nō toti vel econuerso toti ⁊ nō partibus vt totalitas mīoritas paruitas ⁊ in talib⁹ non sequit tot⁹ sortes ergo sortes.

¶ Postq̄ autor in p̄cedenti determinauit de negatione. hic ꝓsequēter determinat de hoc si gno totus: qđ est signū distributiuū partiū in tegraliū. Cuius ordinis ratio est. q: ordo iter signa distributiua sumitur ex ordine illo⁹ q̄ di stribuūtur seu ꝑ quibus distribuūt. modo par tes subiectiue ꝑ quibus distribuūt signa de q̄ bus determinatū est p̄ius p̄cedūt partes i/tegrales ratione pfectōnis. sicut forma p̄ece/dit materiam. ideo cōuenienter determinatū est p̄ius de signis distributiuis partium sub/iectiuarum q̄ de hoc signo totus.

¶ Circo quo primo sciēdum est q̄ hec dictio totus potest capi dupliciter. Uno modo categoreumatice et significatiue. et sic est dicto per se aliquid significās. ⁊ est idem q̄ pfectus. Alio modo pōt capi sincategoreu matice. i. consignificatiue ꝑut. sc̄z per se nō si gnificat aliquā rem subiectibilē vel p̄dicabilē sed solū significat dispositionē termini distri/butibilis per partes integrales. et hoc modo de ipo est hic ad ꝓpositum: et non primo mo/do cum non sit sincategoreuma.

¶ Secūdo sciēdum est q̄ vt dicit autor in textu ad istam p̄positionem. totus sortes est albus. immediate non sequitur ista quelibet pars sortis ē alba. ꝯ prius seq̄t hec sortes ꝑm quamlibet partem est albus. Cui⁹ autor in textu assignat tres casus vel ratōnes Prima: quia cū dicitur totus sortes est albus ibi sortes ꝑm se totum subiicitur albedini: ⁊ p/tes ꝑm se non subiciūtur albedini: sed vt stāt sub forma totius. ergo illud quod p̄ius cōue nit non debet inferri de partibus ꝑm qđ conti nentur sub forma totius p̄ius q̄ debeat iferri de ipis ꝑm se acceptis. ergo ad istam totus sortes ē albus p̄z sequitur ista sortes ꝑm quā/libet eius partem est albus. et ex consequenti sequitur. ergo quelibet pars sortis ē alba. vbi albedo attribuitur ptibus sortis ꝑ se acceptis.

¶ Tertio sciendū est q̄ autor il/lud idē probat alia ratione q̄ talis est. q: cum dr totus sortes est albus. totū subiect albedi/ni i recto partes aūt in obliquo. q: cū partes habeāt modū materie respectu sui tot⁹ et ip/sam cōponunt integraliter et materialiter nō predicat de toto i recto nec includūtur in rō nisi solū in obliquo. ideo ad istaz totus sortes est alb⁹ immediate seq̄tur ista sortes ꝑm quā/libet sui partē est albus in q̄ partes subiciunt in obliquo sicut continentur in toto. et ex cōse quēti seq̄tur ista. quelibet pars sortis est alba in qua partes subiciūtur in recto. Deinde po nit tertiam rationem que satis patet in textu. ratio autem quare istud probat est vt melius intelligatur probatio sophismatis: quod po nitur in textu etiam ad maiorem noticiam ha bendam de natura huius signi totus.

¶ Quarto sciēdū est q̄ autor in textu mouet tale sophisma. totus sortes est minor sorte. Cuius ꝓbatio et iprobatio satis patent in textu. Deinde ipm solut dicens q̄ est verū. Et ad improbationē cum arguit sic. totus sortes est minor sorte. ergo sortes ē ma ior sorte. dicatur q̄ improbatio peccat ꝑm acci dens: quia esse minorem in antecedente attri buitur partibus sortis diuisim acceptis quib⁹ vere cōuenit. sed in consequēti attribuitur sorti non distributo enim nō conuenit. Deinde po/nit aliā solutionē dicēs q̄ improbatio peccat ꝑm fallaciā ꝑm q̄d ad simpliciter. sicut si sic ar gueret sortes ꝑm pedē est minor sorte. ꝯ sor/tes est minor sorte. Uñ quelibet ꝑs sortis di/uisim sumpta addita sorti diminuit de rōe sor tis in ordine ad hoc attributū eē minor sorte. Finaliter circa ꝫ signū totus autor mouet vnā questionem. cuius solutio clara est in textu.

¶ Sed contra predictā arguit. Primo sic. non ponūtur aliqua signa pticularia ptiū integraliū. ergo nō debēt poni vl'ia. ¶ Secūdo sic. totū integrale actualr includit dēs suas ptes p̄ncipales: ergo ad ipm distribuendū nō req̄ntur signū vl'e. ¶ Tertio sic. bene d̄: tota albedo. ꝛ tm̄ tota albedo nō habet ptes materiales seu integrales: ergo hoc signū tot⁹ nō solū distribuit p ptib⁹ integralib⁹ ¶ Quarto sic. ista pōt eē vera totus ſortes ē alb⁹. suppositō q̄ digitus ei⁹ nō sit alb⁹: ergo totus nō distribuit p oībus ptib⁹ integralib⁹. ¶ Quinto sic. ptes sūt priores suo toto. ꝯ albedo p̄ius ineſt ptib⁹ q̄ toti. imo nō ineſt toti nisi p ptes: ergo male d̄: in textu q̄ albedo p̄⁹ attribuit toti fm se. ꝛ secūdo ptib⁹ fm q̄d p̄tinentur in toto. ꝛ tercio ipis fm se acceptis.

¶ Ad argumenta añ opposita. Ad p̄imū istoꝝ d̄: q̄ ad hoc q̄ aliq̄d ve p̄dicet de toto integrali sp̄ req̄ritur q̄ ve ꝓueniat alicui ei⁹ pti p̄incipali. ꝛ ro non req̄runt signa pticularia ptiū integraliū. sic ät non est de termis distribuibilib⁹ p ptib⁹ subiectis. q: aliq̄d pōt ꝓuenire ipis q̄d nō ꝓuenit alicui suoꝝ suppositoꝝ. ideo ad denotandū q̄ stant p suppositis req̄runtur signa pticularia ¶ Ad secūdū d̄: q̄ licet totum integrale actualiter includit omnes eius ptes integrales p̄ncipales rōne cuius ad positionē totius integralis req̄rit positio cuiuslibet sue pt̄is. tm̄ ad hoc q̄ aliq̄d dicat ineſſe toti integrali nō req̄ritur q̄ insit cuilibet pti imo sufficit q̄ insit vni pti p̄incipali: ꝛ exꝑsequēti d̄: ieſſe toti. ideo ad hoc q̄ aliq̄d simpliciter denotet ineſſe toti req̄ritur signum ipm distribuens. p oībus suis partib⁹. ¶ Ad terciū d̄: q̄ licet albedo p se nō habet ptes integrales: tm̄ p accidens. ſ. ratione sui subiecti bene habet ptes integrales. ꝛ ratōne illi⁹ sibi additur istud signū totus ¶ Ad quartum d̄: q̄ duplices sunt partes integrales. quedā sūt p̄incipales que. ſ. de necessitate requirūt ad esse totius: ꝛ p oībus talibus distribuit hoc signum totus. Alie sunt partes minus p̄incipales que. ſ. solum requirūtur ad bene esse toti⁹. ꝛ p talibus non distribuit hoc signum totus. ¶ Ad quintū d̄: q̄ licet albedo fm naturam rei nō insit toti nisi per suas partes. tamē suppositō q̄ insit toti per hoc p̄ius potest inferri q̄ insit partibus fm quod continētur in toto q̄ q̄ insit ipsis partibus per se acceptis.

¶ Equit̄ de signis distributiuis accidētiū inter q̄ p̄mo dicendū est de signis distributiuis q̄litat̄. Dicit ergo signū distributiuū q̄litat̄ q̄d distribuit res se habētes per modū q̄litat̄. vt qualelibet. cui⁹ pticulare ē aliq̄libet. Sz tūc obicit̄ q̄ si accidēs multiplicet̄ multiplicato subiecto. ergo cum signa distributiua substātie distribuāt sive multiplicēt subiectū oporteret q̄ multiplicēt siue distribuāt ipsum accidēs: ergo signa distributiua accidētiū supfluūt. Ad hoc dicēdū est q̄ duplex ē multiplicatio accidētis: qꝝ q̄dā est multiplicatio accidētis fm numeꝝ. ꝛ hec fit p signū distributiuuꝫ substātie: vt omis hō albus currit. Alia ē multiplicatio fm speciem ꝛ hec fit p signa distributiua accidētis: vt q̄libet currit. i. res habēs qualēcūq̄ qualitatē currit. ¶ Circa p̄dicta q̄rit̄ de hoc sophismate. q̄libet q̄libet de quolibet tali scit ipm eē tale q̄le ipm ē posito q̄ sortes sciat grām̄aticā logicā. rethoricā. ꝛ plato ꝛ cicero siliter. ꝛ sciāt se habere eas. et sint alij tres hoīes quoꝝ vn⁹ sciat logicā. alt grām̄aticā. et alius rethoricā. ꝛ isti nesciāt se habere eas. ꝛ de alijs nihil sciāt ꝛ alij sciant de se ꝛ de istis. ꝛ nō sūt pl'es homines neq̄ pl'es qualitates.

Probatio. hoc quelibet de quolibet tali scit ipm esse tale quale ipm est. ⁊ sic de secundo ⁊ tertio. et nō sūt plura qualelibet. ergo quodlibet q̄lelibet de quolibet tali scit ipm esse tale q̄le ipm est. Contra quodlibet q̄lelibet et cetera. ergo quodlibet grām̄aticū de quolibet tali scit ipm esse tale q̄le ipm est. Solutio. p̄ma est vā et ip̄robatio peccat fm fallaciā cōsequēt̄ ab inferiori ad supius cū distributione supioris. qz q̄le libet supponit tm̄ p trib⁹ scz pro trib⁹ primis. sed grām̄atic⁹ supponit p eisdē ⁊ etiā p aliquo qui habet grām̄aticā tm̄. ⁊ ita grām̄aticū est in plus q̄ qualelibz. Unde si apponat̄ signū vniuersale distributiuuz sic. quodlibet qualelibet ⁊ cetera. ergo quodlibet grām̄aticū fit cōsequēs. vt hic. ois hō. ergo oīe aial. ⁊ sili ter i vltimo. vt de quolibet qualelibet. ergo de quolibet grām̄atico cum dicit de quolibet tali.

¶ Postq̄ auct̄or determinauit de signis distributiuis sube ⁊ etiā de negatione. hic p̄sequēter determinat de signis distributiuis accidētiū. Cuius ōrdinis ratio est. qz sicut se habet substantia ad accidens ita se habet signū distributiuum substantie ad signum distributiuum accidentis. sed substantia p̄cedit accidens. ergo signum distributiuum substantie p̄cedit signum distributiuum accidentis.

¶ Pro quo p̄rio sciēduz ē q̄ signū distributiuū accidētis ē illud qō distribuit rem se habentē per modū accidentis siue per modū alteri adiacēns. vt cū dicitur qualiscūq̄ sit homo ipse currit. i. siue homo sit albus siue niger ipe currit. Et dicit notāter q̄ signū distributiuū accidentis est illud qō distribuit rem se habentē per modū accidentis ⁊ nō q̄ distribuit accidens. qz signū distributiuū accidentis indifferēter distribuit rem oēm adiecti ue designatam siue fuerit suba siue accidēs.

¶ Secūdo sciendū est q̄ cū dicitur signū distributiuū qualitatis distribuit rē se habentē per modū qualis. quale nō debet capi ꝓpue vt est denominatiuū qualitatis ꝓ p̄dicte dicte. sed debet capi generaliter vt est denominatiuū cuuslibz rei se habentis per modum qualis siue per modū determinātis ⁊ cōtrahentis. siue talis res sēm veritatē fuerit substantia siue accidēs. Unde substantia bene significat per modū qualis: tm̄ cū dicit rationale corporeū ⁊ sic de alijs. Sed qz qualitas ⁊ quātitas inter p̄dicamenta accidētiū sunt ꝓncipaliora: et habēt modos p̄dicandi magis distinctos. ideo in ipis reperiunt̄ signa distributiua magis abinuicē distincta q̄ i alijs

¶ Tertio sciendū est q̄ licet eadē signa distributiua distribuant subam fm numerū ⁊ fm spēm. vt omnis homo. omne animal. tamen nō sunt eadez signa distributiua distribuēntia accidētia fm numerū ⁊ fm spēz. Cuius ratio est: qz accidentia recipiunt vnitatem numeralē ⁊ etiā multiplicationē per sua subiecta. sed accidentia habent vnitatē specifica in ꝓprio genere: ⁊ per aliquid sui generis. ideo ad hoc q̄ fm spēm distribuantur requirūtur signa distributiua distincta a signis distributiuis substātie. ideo fm numerū p̄ eadem signa distribuuntur sicut sua subiecta.

¶ Quarto sciēdū ē q̄ istud signū qualislibet includit terminū recipientē ei⁹ distributionē. tantū em̄ valet qualislibet sicut res habens quamlibet qualitatē. ibi aūt qualitas est illud qō distribuitur. ⁊ adhuc vltra hoc includit subiectū illius qualitātis que distribuitur qō est res. Et qz illud subiectū p̄cedit virtutē signi distributiui: vt patet in ei⁹ exp̄ositione. ideo per ipm nō distribuit̄. ⁊ ideo ratione illius subiecti nō distribuitur signo q̄lislibet potest addi aliud signum distributiuū cūius distributio cadit supra subiectuz: vt patet dicendo quodlibet qualelibet. i. quelibet res habens quamlibet qualitatē. Unde circa istud signū qualislibet autor mouet vnū

sophisma. cuius probatio ⁊ improbatio cum eiusdem solutione satis patent in textu.

¶ Sed contra predicta arguit. Primo sic. quantitas precedit qlitatē. ergo p̄z debuit determinari de signis distributiuis qntitatis ꝑ qualitat] ¶ Secundo sic qualislibet distribuit rē significatā substantie. vt patet in eius expositione. qualibet enim idē est q̄ res habens qualibet quantitatē. ergo nō est signum distributiuū accidentis. ¶ Tertio sic. cū dicit omnis homo est albus. iste terminus albus nō distribuitur numeraliter ꝑ hoc signū ois. ergo male dicitur in textu q̄ accidentia numeraliter distribuunt ad distributionē subiecti. ¶ Quarto sic. antecedēs adiectiue significatū bene distribuit ꝑm spēm ꝑ signū distributiuū substantie. vt dicendo omne coloratū vel quodlibet coloratū. ergo nō requirunt signa distributiua accidentiū. ¶ Quinto sic. omne signū distributiuum cum termino cōmuni debet reddere propositionem vniuersalē. sic autem nō est de hoc signo qualislibet. q̄z vt ptz in eius expositione facit propositionem indefinitam. ergo non est signum vniuersale.

¶ Ad argumēta ante oppo. Ad primū dicendū est q̄ quantitas ꝑm ordinē generationis bene precedit qualitatē. sed tamē qualitas precedit quantitatē ꝑm viā perfectionis. ⁊ similiter dicendū est de signis distributiuis earundē. ¶ Ad secundū dicit q̄ qualitas importata ꝑ hoc signū quilibet inquātū significat ꝑ hoc signū. significat adiectiue ⁊ ꝑ modū adiacētis. ⁊ licet in exponēdo ipm significatū significet substātiue. hoc est q̄z distribuitur ꝑ signū distributiuū substantie. ¶ Ad tertiū dicit q̄ licet ille termin⁹ alb⁹ nō distribuatur numeraliter ꝓprie. hoc est q̄z nō ponitur a pte subiecti. si aūt poneret a pte subiecti tunc distribueret ex cōsequēti. vt patet dicēdo ois hō albus currit. ¶ Ad quartū dicit q̄ licet accidentia adiectiue designata aliq̄n ꝑm spēm distribuant ꝑ signa distributiua substantie. ꝫ tm est inquantū substantiuant in neutro genere. ⁊ nō inquantū adiectiue sumuntur. ¶ Ad quintū dicatur q̄ exponens istius signi qualelibet habet duplex subiectū. quoddam est em subiectū enunciationis scz res. ⁊ rōne illius est indefinita. q̄z nō distribuitur. aliud est subiectū distributionis scz ille accusatiui qualitatē et ex parte illius est vlis. q̄z illud distribuitur.

¶ Sequit de signis distributiuis qntitatis. ⁊ sunt illa q̄ distribuūt res se habētes ꝑ modū qntitatis. vt quotiēscūq; qntuscūq;. Et ꝑm hoc querit de hoc sophismate. quotiēscūq; fuisti parisi⁹ totiēs fuisti hō. ¶ Probatio. vna vice fuisti pisi⁹: et illa vice fuisti hō. alia vice fuisti pisi⁹ ⁊ illa vice fuisti hō. ⁊ sic de alijs. ergo quotiēscūq; fuisti parisi⁹ totiēs fuisti hō. ¶ Improbatio. quotiēscūq; fuisti parisi⁹ totiens fuisti hō. sed bis fuisti parisius. ergo bis fuisti hō q̄d falsum est. q̄z hec dictio bis importat interruptionē ei⁹ cui adiungit. sed actus essendi hoīem nō fuit interrupt⁹ in te. Solutio. ꝓma est falsa. Ad ꝓbationē aūt respondendū est ꝑ interruptionē. q̄z secūda pars copulatiue ē falsa. s. illa vice fuisti hō. q̄z adhuc nulla vice fuisti hō. eo q̄ nondum vita fuit terminata vt iterū inciperes viuere ⁊ postea terminaret. q̄d tm requirit ad hoc q̄ bis fuisses hō. sicut bis icipit cursus ⁊ bis terminat ad hoc q̄ aliq̄s bis currat. Et nota q̄ bis nō importat interruptionē temporis: sed tm actus illius cui adiūgit. Ad terminū aūt sequit interruptio. si aūt formaret sic palogismus. q̄ncūq; fuisti pisi⁹ fuisti hō. ſz bis pisi⁹ fuisti. ergo bis fuisti hō. ꝓma est vera.

et improbatio peccat fm fallaciā figure dictionis et mutatione predicamēti. qz quīq; est in predicamento quādo. et bis in predicamento quātitatis. qz est de genere quātitatis discrete.

¶ Postq; autor determinauit de signis distributiuis qualitatis. hic cōsequēter determinat de signis distributiuis quātitatis. et postmodum determinat de infinito. Cui? rō est. qz quantitas se habet ad infinitū: sicut subiectū ad propriam passionem suam. Et qz subiectum est prius sua passione. ideo prius determinat de signis distributiuis quātitatis q̄ de infinito.

¶ Pro quo primo sciēdum est q̄ signa distributiua quātitatis dicūtur illa q̄ distribuunt rem se habentem per modū quantitatis siue mensure. vt quotiescūq; quantūcūq;: et sic de alijs. vnde ista signa includūt terminū recipientē distributionē eor: sicut dictū est de hoc signo qualelibet. Cū enī dicit quātumlibet currit sensus est. id est res hns quālibet quantitatem currit. Et quia omnis res adiectiue significata cuiuscūq; predicamenti fuerit habet modum qualitatis vel quantitatis. ideo autor solum determinat de signis distributiuis quantitatis et qualitatis.

¶ Secundo sciēdū est q̄ hoc signū quotienscūq; est distributiuū numen qui est quantitas discreta. vnde quotienscūq; idē est q̄ in quacūq; vice. Et qz in quantitate discreta partes non sunt adinuice continue nec copulantur per terminū cōmunē: sed sunt ab inuicem separate. ideo res distributa per hoc signū quotienscunq; debet habere partes discretas et distinctas adinuicem. Similit ista dictio totiens cum sit relatiuum numen vt dictum est prius debet referre rem habentē partes abinuicem distinctas et discretas: inter cuius partes potest esse interruptio. et quia iste act? qui est esse hominē nō potest habere partes distinctas et discretas. nec in eo potest esse interruptio: sic q̄ post interruptionē reiteretur iterum in eodem subiecto. ideo illud relatiuū totiens nō potest congrue adēri huic qđ est esse hominem. et ideo ista est falsa quotienscūq; fuisti plusquam totiens fuisti homo.

¶ Tertio sciendū est q̄ licet istud signum quotienscūq; sit distributiuū numen qui est quantitas discreta. et tempus de secta sedm suam substantiam sit continuum: tamen hoc signum quotienscunq; ex consequenti distribuit. non quidem inquantum continuū est cum nō denotet interruptionē illius cui additur: sed distribuit ipsum tempus inquantū habet modum quantitatis discrete inquantū scilicet in tempore per intellectum accipiuntur diuerse partes. Et quia omnis motus et act? mensuratur tēpore. ideo ex consequenti istud signum quotienscunq; distribuit actum et motum qui fit in tempore. vt dicendo quotienscūq; fuisti plusquam totiens fuisti albus.

¶ Quarto sciendum est q̄ autor in textu mouet tale sophisma. quotienscunq; fuisti plusquam totiens fuisti homo. Cui? probatio et improbatio patent in textu. Deinde ipsum soluit dicens q̄ est simpliciter falsum. Et ad probationē respondet dicēs q̄ est falsa. quia ē vna copulatiua cuius altera pars est falsa scilicet hec. et illa vice fuisti homo. quia adhuc nulla vice fuisti hō. ex quo actus essendi hominē in et non fuit interruptus: qđ tamen oporteret ad hoc q̄ ista esset vera et illa vice fuisti homo. licet enim hoc qđ fuisti illa vice primo et per se non importet interruptionem. tamen denotat terminū actus cui adiungitur. ad terminum autem sequitur interruptio. Deinde autor adducit aliam probationem sophismatis quę cum eius solutione satis clare patet in textu.

¶ Sz̄ō predicta arguit̄ Primo sic. qz omne accidens distribuitur ad distinctionē subiectantie cui? est accidens. ergo nō requirunt̄ signa distributiua quantitatis alia a signis distributiuis subiectantie. ¶ Secundo sic. omne qđ significatur adiectiue habet modū qualis et predicatur in quale: vt patet ex tractatu predicabiliū. ergo nō sunt aliqua signa distributiua quantitatis. ¶ Tertio sic. in omni actu q̄ subicitur tēpori pōt cē interruptio. Iste actus qui est esse hoīem subicitur tēpori. ergo in eo potest esse interruptio: et p cōsequens potest distribui per hoc signum quotienscūq; sicut iste actus qui est esse plusquam.

¶ Quarto sic. hoc signū quotienscunq; est signū distributiuū numen qui est quantitas discreta. ergo nō est distributiuum temporis qđ

est continuū. ¶ Quinto sic contra sophisma. qz vna vice fuisti parisius, ergo illa vice fuisti homo vel nō homo. nō est dicendum q̄ non homo, ergo illa vice fuisti homo.

¶ Ad argumenta añ oppo. Ad p̄imū istoz dicitur q̄ quātitas dupliciter pōt distribui. Uno modo p̄m numerū: z hoc modo distribuitur per signa distributiua substantie. Alio modo p̄m spēm: et hoc modo distribuitur p̄ signa distributiua quātitatis. ¶ Ad secundū dicitur q̄ quale potest capi dupliciter. vno modo generaliter p̄ omni illo qđ significat per modū alteri adiacētis vel inhērētis. et isto modo quantitas bene significat p modū qualis. Alio modo capitur quale magis specialiter. scz p illo qđ significat p modū distinguētis z determinātis. z isto modo quantitas nō significat per modū qualis: sed per modū mēsure. ¶ Ad tertiū dicit q̄ dupliciter pōt esse interruptio in aliquo actu. Uno modo sic q̄ ille actus terminetur z q̄ nō possit reiterari in eodē subiecto in numero i quo p̄ius erat. z hoc modo ille actus qui est esse hoiem bene interrumpitur. Alio modo in aliquo actu potest eē interruptio: sic q̄ ille actꝰ possit terminari z reiterari in eodē subiecto in numero: licet nō sit idem actus in numero. et hoc mō in ꝟ actu q̄ est esse parisius pōt esse interruptio. z talibꝰ actibꝰ pōt addi istud signū quotiens cunq̄ z istud relatiuū totiēs. ¶ Ad quartum dicitur q̄ licet hoc signum quotiens cūq̄ primo z per se sit distributiuum numeri: tamen ex consequenti est distributiuū temporis inquantū tempus habet modū numeri z p̄m q̄ in ipo mediante motu reperiuntur partes distincte. ¶ Ad quintū dicitur q̄ q̄diu fuisti parisius fuisti vnus homo z continuus. ꝟ tamen sub hoc qđ est vna vice nō est cōcedēdum q̄ tu fuisti homo. cum actus essendi hominem non fuerit in te terminatus.

¶ Sequitur de infinito qđ quīq̄ modis dicit. Primo modo dicit infinitū qđ nō pōt pertransiri. vt vox dicitur inuisibilis quātū ad visuz. qz est inuisibilis. eo q̄ nō ē apta nata videri. Alio mō videt infinitū qđ habet trāsitū imp̄fectū. eo q̄ nondum est terminatū: tamen aptū natū est terminari. vt dum aliq̄s transit spaciū z nondum pervenit ad suū finē. Tertio modo dicitur infinitū p̄m appositionē. vt numer⁹ augmētabilis z infinit⁹ appositione vnitat̄ vel alteri⁹ numeri. Quarto modo dicitur infinitū p̄m diuisionem. vt continuū. omne aūt cōtinuū diuisibile ē in īfinitū. Un̄ sic diffinit ab Aristotele in quarto phīsicoz. Continuū est diuisibile in semp diuisibilia. Alio modo dicitur infinitū vtroq̄ modo scilicet per appositionē z diuisionē. vt tēpus. cū em̄ tēpus sit cōtinuū est diuisibile in infinitū in diuisione. z cū post vnū tp̄ūs veniat aliud tp̄ūs. sic p̄ appositionē vni⁹ temp̄is ad aliud est finituz. Et quo ad has tres vltimas significatiōes diffinit sic īfinitū. Infinitū est cui⁹ quātitatē accipiētibus semp est eā sumere. vt si p⁷ vltimā partē linee accipiat alia. z post alterā tertia: et nūq̄ possit attīgi termin⁹ ei⁹. iō linea dicit infinita. Solet aūt poni q̄ infinitū q̄nq̄ sumitur p̄ termino cōmuni: z tunc ista p̄positio infinita sūt finita equiualet huic aliqua infinita sunt finita. Quīq̄ sumit p̄ signo distributiuo. z tūc illa equipollet huic quo ad distributionē quolibet plura sūt infini

ta. Et pbaf sic. vno plura sūt finita. duob⁹ plura sunt finita. tribus plura sūt finita: ⁊ sic d alijs ergo quolibet plura sunt finita. et sic dicit facere interscalarē distributōnē: vel iterruptā: vl disiūctiuā. qz hec dictio plura in prima appositione supponit p duobus: ⁊ deinceps in secūda p tribus: et sic gradatim ⁊ scalariter ascēdēdo. ⁊ sic ista oratio quolibet plura facit distributionē interscalarē. qz pro alijs supponit hoc qđ dico quolibet. ⁊ pro alijs hoc dico plura ꝑm nūmeꝝ ascēdēdo vt dictū est. Circa ꝑdicta querit de hoc sophismate infinita sūt finita. Probatio. duo sūt finita. tria sūt finita: et sic ī infinitū. ergo infinita sūt finita. Improbatio. ibi ꝑdicat oppositū de opposito. ergo locutio ē ipossibilis. Potest etiā sic pbari. q̄libet plura sūt finita. ergo ifinita sūt finita. Solutio. q̄dā distinguūt eo q finitū est eq̄uocū ad ifinitū quo ad nos: ⁊ ad infinitū simpliciter. Cū si sumat infinituz quo ad nos ꝑma pōt esse vera ⁊ non ꝑdicat oppositū de opposito. qz infinita quo ad nos sunt stelle ⁊ arene maris q̄ nō sūt ifinite simplicit. Si aūt sumat infinitū simplicit est simplicit falsa: ⁊ ꝑdicat oppositū de opposito. Alij autē distinguūt eo q infinitū pōt esse termin⁹ cōis ⁊ sic ꝑma ē falsa: vl ꝓt eē dictio sincathegreumatica iportās in se distributionē sicut dictū est: ⁊ sic ponūt eā eē verā. Sz neutra istaꝝ solutionū valet qz si remoueat vtraq; distictio ⁊ sumat infinitū simplicit et ꝑm q ē termin⁹ cōmunis adhuc rema net pbatio et ipbatio huj⁹ sophismatis. Cū dicendū ē q ꝑma simpliciter est falsa. ⁊ pbatio peccat ꝑm qđ ad simplicit. qz infinitū appositione est infinitum quodāmodo ⁊ nō simplicit. Cū cum accipit ptes numeri ꝑm appositionē. vt duo ⁊ tria non accipit infinitū simplicit. Sz quodāmodo siue ꝑm qd. ⁊ ideo nō pōt ex his inferri infinituz simplicit.

Postq̄ autor determinauit de signis distributiuis quātitatis hic cōsequēter ex quo infinitū cōsequitur quantitatē determinat de infinito circa ipm mouēdo vnū sophisma. Sed quia omne multiplex indistinctum patit confusionem. et cum hec dictio infinitum sit multiplex: ideo primo aperit multiplicitatez eius ponendo quinq; modos ipsius.

Circa quo primo sciēdum est q infinitū primo modo dicitur qđ nō est aptum natū transire: sicut punctus vl vnitas. et hoc modo vox dicitur infinita quo ad visuz. qz nō est apta nata videri. Secundo modo dicitur infinitū qđ habet transitum impermixtuz: eo q nondū est terminatum. est tamen de se aptum natum transire: sicut profunditas maris. Tertio modo dicitur infinitum scđm appositionem: sicut numerus. vnde quantūcūq; alicui numero aliq̄d addat semp pōt fieri maior per appositionē alterius numeri vel vnitatis. Quarto modo dicitur infinitū ꝑm diuisionē. vt linea est diuisibilis in infinitū: ⁊ sic reperitur in magnitudinib⁹. Quinto modo dicit infinitū vtroq; modo. scilicet scđm diuisionē

et appositionē simul: et sic reperitur in tempe.

¶ Secūdo sciēdū est q̄ dictoꝝ quinq; modoꝝ sic potest h̄ aberi sufficientia. q̄ omne infinitū est impertransibile. vl̄ igitur est impertransibile negatiue sic q̄ negat tam actus q̄ potentia ptransibilitatis: ꝛ sic est p̄mus modus. vel est infinitum seu imptrāsibile puatiue: sic q̄ negat actus oīno pertransibilitatis ꝛ finitatis. ꝛ relinq̄tur potētia ad vlterioꝛē finitationez: ꝛ h̄oc dupliciter. vel de se est aptū natū simpliciter ptransiri ꝛ finitari: ꝛ sic est secūdus modus. vel est solū natū ptrāsiri ꝛ finitari in parte: et h̄oc ēmpliciter. quia vel fit p̄ appositionē: ꝛ sic est tertius modus. vl̄ per diuisionē: ꝛ sic est quartus modus. vl̄ in vtroq; modo: et sic est quintus modus.

¶ Sed pro sophismate q̄ō mouetur in textu tertio sciendū q̄ infinitū potest capi dupliciter. vno modo vt significat qualitatē rei subiecte vel predicate. vt dicendo mundus est infinit⁹. ꝛ sic ista ꝓpositio infinita sūt finita equipollet h̄uic aliqua infinita sunt finita. Et h̄oc modo potest sic p̄bari sophisma. duo sunt finita. tria sunt finita: et sic in infinitū. ergo infinita sunt finita. Alio modo capit infinitū sincathegreumatice: vt dicēdo infiniti h̄oies currunt. ꝛ h̄oc modo significat dispositionē subiecti inquātū subiectū. ꝛ sic ista infinita sunt finita equualet h̄uic quantum ad distributōnē quelibet plura sūt finita. Et h̄oc modo p̄batur sophisma sic. duobus plura sunt finita. tribus plura sunt infinita: et sic de alijs. igitur quelibet plura sunt finita. ꝛ p̄ cōsequēns infinita sunt finita. Et vt dicit terr⁹ ibi est distributio interscalaris. quia fit scala terminū ascendendo scōm numeros. quia in p̄ma p̄positione supponit p̄o duobus et in secunda p̄o tribus. et sic deinceps semp gradatim siue scalatim ascendendo. Impꝛobat autē sic sophisma. quia ibi predicatur oppositum de opposito. ergo sophisma est falsuz.

¶ Pro hui⁹ solutione quarto sciendū est q̄ quidā soluunt dictū sophisma per distinctionē. Nam infinitū dicitur dupliciter. Uno modo quo ad nos. sicut arena maris: ꝛ stelle celi dicuntur infinita. Alio modo dicitur infinitū simpliciter ꝛ fm̄ naturā. tunc dicūt q̄ si capiatur infinitū p̄imo modo p̄o infinito quo ad nos: sic sophisma est verum. ꝛ sic non predicatur oppositū de opposito. q̄ illud q̄ō est infinitum quo ad nos a parte rei est finitū. Si autem capiatur infinitū p̄o infinito simpliciter. sic sophisma est falsuz. Alij aliter soluunt dicentes q̄ si infinitum capiatur p̄ termino cōmuni et cathegreumatice: sic sophisma est falsuz. Si vero capiatur sincathegreumatice tunc est verum. Sed vt dicat Petrus hyspanus. neutra istarum solutionū est sufficiens. quia si capiat infinitum simpliciter vel p̄o termio cōmuni manet p̄obatio ꝛ impꝛobatio. ideo alit soluit sophisma dicēs q̄ ipm est simpliciter falsum. Et ad p̄obationez respondet q̄ peccat secōm fallaciam secōm quid ad simpliciter. quia procedit ab infinito fm̄ aptitudinem quod est infinitum scōm quid ad infinitum simpliciter et in actu.

¶ Sed contra predicta arguitur ꝓmo sic. De infinito determinatur in philosophia naturali. ergo de ipso nō debet h̄ic determinari. ¶ Secundo sic. de nō ente nō potest esse scientia. sed infinitum est non ens. ergo de ipso non potest esse scientia. ¶ Tertio sic. omne corpus est finitum actu. ergo male exemplificatur in secūdo modo de profunditate maris. ¶ Quarto sic. ꝓtra tres vltimos modos. quia vel in istis tribus modis infinitum sumitur negatiue quod nō est dicenduz. vel sumitur p̄uatiue vt negat solum actum: quod etiam non est dicenduz. quia numerus magnitudo et tempus sunt actu finita. ergo illi tres modi sūt insufficienter positi. ¶ Quinto sic. linea et corpus sunt infinita: cum omne continuuz sit diuisibile in infinitum: ꝛ tamen actu sunt finita. quia non est dandum actum infinitū. ergo infinita sunt finita: et sic sophisma est verum.

¶ Ad argumēta ante oppo. Ad ꝓmū istoꝝ dicitur q̄ in philosophia naturali determinatur de infinito inquantuz est quedam p̄opꝛietas rerum naturalium. h̄ic autē determinatur de ipso inquantum h̄abet conuenientiam cū signis distributiuis. ¶ Ad secundum dicitur q̄ licet infinitum non sit ens actu tamen est ens in potētia. licet etiā de nō ente nō possit h̄aberi scientia positiue: tamen de ipo potest h̄aberi scētia p̄uatiue. ¶ Ad tertium dicitur q̄ licet p̄ofunditas maris et quodlibet aliud coꝛpus sint de se actu finita ꝛ determinata tamen quo ad nos est infinita ꝛ ipertrāsibilis. ¶ Ad quartū dō; q̄ infinitū tri

bus vltimis modis dicitur ꝑtiue sic ꝙ negat et priuat actum completū finitatis ⁊ pertransibilitatis. et semper manet potentia ad vlteriorem terminatōnem seu finitationez: ⁊ sic infinitum illius tribus modis est infinituz scōm potentiā. Ad quintum dicitur ꝙ consequentia nō valet. sed argumentum peccat penes fallaciā scōm quid ad simpliciter. procedit enim ab infinito scōm potentiam diuisionis qđ est infinitū ſm quid ad infinitū simpliciter. Et h̄ de distributōnib⁹ dicta sufficiāt.

Tractatus septimus de expositione.

Propositio exponibil' est ꝓpositio hns obscurum sensuz expōne indigētē ꝓpter aliqđ sincathegreuma in ea ĩplicite vel explicite positū in aliqua dictione. vt in hac tm̄ hō est aīal. fortes incipit eē alb⁹. ifinita est linea: ⁊ sic de alijs. Pro quo sciēdū est ꝙ ea q̄ faciūt ꝓpositōnē exponibilē sunt in multiplici differētia. qr q̄dā sūt signa exclusiua: vt tm̄ solū. quedā exceptiua: vt preter nisi. quedā reduplicatiua: vt inquātū scōm. quedam vero ĩportāt inceptionē vl' desinitionē: vt incipit desinit. q̄dā ĩportant priuationē finis: vt infinitū. quedā ĩportāt excessū: vt cōparatiui ⁊ suplatiui grad⁹. quedā vero distinctionē: vt differt aliud ab. ⁊ sic de alijs. q̄daz vero ĩportant spālē modū distributōis: vt totus q̄libet: ⁊ sic de alijs. Ex ꝓpter illa ꝓpositio redditur obscura: sic ꝙ indiget expositione. Et ideo dicuntur facere propositionem exponibilē. quare de ipsis videndum est per ordinem. Et primo de exclusiuis.

Iste est tractat⁹ septim⁹ paruoꝝ logicaliū magr̄i Petri hyspani in quo postꝙ determinauit de termino distributibili: cui⁹ ꝓpetas ē distributio. hic ꝓsequēter de ꝓpositōib⁹ exponibilib⁹ determinat. Cuius ordinis ratio est. quia distributio est propꝛietas consequēs significationem actualem distributiliū. Expositio vero magis concernit significationez virtualem vt clare patebit in processu.

Pro quo primo sciēdum est ꝙ sicut terminus distributibilis est subiectū principale seu attributionis precedentis tractatus: sic ꝓpositio exponibil' ē subiectū attributionis isti⁹ tractat⁹. habet enim oīs cōditiones subiecti attributionis. qr est quoddā vniuersale nō quidē reale sed intēnionale. habet etiā partes ⁊ ꝓpꝛietates. qr propositio cathegorica ⁊ ypothetica vniuersale particulare indefinitū ⁊ singulare affirmatiuū ⁊ negatiuuz sunt partes eius ⁊ expositio est ꝓpetas ei⁹.

Secūdo sciēdum est ꝙ expositio potest capi duobus modis. vno modo ꝑ quadā manifestatōne sensuali a qua sumitur silogism⁹ expositorius: ⁊ sic solet diffiniri. Expositio est manifestatio quedā ad sensuz accipiēs aliqua duo vni ⁊ eidem numero cōuenire: aut alterum disconuenire ex hoc inferēs illa inter se cōuenire vel discōuenire. Et isto modo nō capitur in proposito. qr vt sic ē vna species argumentationis reductiue contēta sub silogismo licet nō sit verus silogismus. qr nō fit in aliquo modo silogistico alicui⁹ figure. Alio modo capitur expositio prout est manifestatio quedā magis complete ⁊ clare explicans significationem alicuius propositionis hntis sensum obscurum ꝙ per illā propositionem exprimeretur seu significaretur. Et isto modo capitur in proposito.

Tertio sciendum est ꝙ autor in tertu sic diffinit propositionem exponibilez. Propositio exponibilis ē propositio hntēs obscurū sensum expositōne indigentē ꝓpter aliqđ sincathegreuma explicite vel ĩplicite ea positū. vt tantū homo currit. In qua diffi

nitione ponitur ꝓpoſitio loco generis.nō quidem ꝙ ſit verū gen⁹.qz intēciones nō ſunt in aliquo predicamento:et ideo in ipis nō reperiuntur nec vera genera neq; ſpecies.ꝛ totū reſiduū ponitur loco differēcie.qz ꝓ ꝺ differt ab alijs ſex ꝓpꝛietatib⁹ terminoꝝ:ꝛ a ꝓpoſitione nō exponibili.qz habet ſenſum lucidū ꝛ clarū.vnde qz ſuppoſitio relato ampliato et appellato reſtrictio ꝛ diſtributio ſūt ꝓpietates terminoꝝ incōplexoꝝ.Expoſitio vero eſt ꝓpietas termini cōplexi que tamen ſibi inſurgit et euenit ab aliquo incōplexo.puta ex aliquo ſincathegreumate in ea incluſo.ideo Petr⁹ hyſ.quemēter poſt alios ſex tractatus determinat de exponibilib⁹.qz ſic incōplexū ꝑm naturam precedit complexum:ſic paſſio incōpleri precedit paſſionem complexi.

Quarto ſcienduz eſt ꝙ ea que faciunt propoſitionē exponibilē ſunt in multiplici differentia.qz quedā ſunt ſigna excluſiua:vt tantū ſolū.quedaz exceptiua:vt pter niſi.quedaz reduplicatiua:vt inquātū ꝑm ꝙ. quedā vero importāt inceptionē vl̄ deſinitionem:vt incipit vel deſinit.quedā pꝛiuationē finis:vt infinitū.quedam exceſſum:vt comparatiui ꝛ ſuperlatiui gradus. quedā diſtinctionem:vt differt aliud a.quedam vero important ſpecialem modū diſtributionis:vt totus qualelibet ꝛ ſic de alijs.Et iſta ſufficiūt reddere ꝓpoſitionē exponibilē vt patet ꝑ ſufficientiā.qz omne illud qꝺ facit ꝓpoſitionē exponibilē:aut de ſuo ſignificato importat diuerſitatez ſeu differentiā aut nō.Si ꝑmo mō ſic ſunt ea q̄ importāt diſtinctionē:vt differt aliud a.Si ſecūdo mō:hoc eſt dupliciter.aut important ſpecialē modū diſtribuendi aut nō.Si ſic hoc eſt dupliciter.vel important ſpecialez modū diſtributōis ex ſignificatione pꝛopꝛia:vel virtute negatōis in ipis incluſe.Si ꝑmū ſic ſunt ea q̄ important ſpecialē modū diſtributōis:vt totus qualelibet.Si ſecunduz ſic ſunt ſuplatiui ꝛ cōparatiui gradus.qui cum exceſſu quandā diſtributionē importāt.ſi nō important ſpecialē modū diſtribuēdi hoc dupliciter.aut dicunt rē in fieri:aut in facto eſſe:Si in fieri ſic ſunt ea q̄ important inceptionē.Et qz vnū oppoſitoꝝ dat intelligere reliquū:per iſta intelligim⁹ illa que deſinitionē important.Si in facto eſſe hoc ē dupliciter.aut carent fine aut nō.ſi ſic:ſic ſunt ea q̄ pꝛiuationez finis important:vt infinitū.Si nō carent fine hoc eſt dupliciter.aut deſignatur aliquid adūngi alteri aut nō.ſi ſic:ſic ſūt reduplicatiua:vt inquantum ꝑm ꝙ.Si non hoc eſt dupliciter.aut ſeludunt ab aliquo actu vno.plura contenta ſub aliqua diſtributione:aut aliqua pꝛēta ſub plurib⁹ diſtributionib⁹.Si ꝑmuz ſic ſūt exceptiua.ſi ſecundū ſic ſūt excluſiua.

Sed cōtra pꝛedicta arguitur Pꝛimo ſic.de ꝓpoſitōne exponibili nō eſt ſcientia.ergo de ipa nō debet fieri ſpālis tractatus.antecedēs ptz.qz cū oīs ſciēcia ſit realis eius obiectuz debet eſſe reale.qz vt vult Ariſtoteles.ſecant ſcientie quēadmoduz et res de quibus ſunt.modo ꝓpoſitio exponibilis nō eſt ens reale.Secūdo ſic.expoſitio eſt quedā ſpēs argumētationis.ꝫ de ſpeciebus argumentationis determinatur in nouā logica.ergo hic male determinat.Tertio ſic.nulla ꝓpoſitio eſt exponibil'.ergo hic male diſtinguitur.antecedēs pater.qz eſſe exponibile eſt ꝓpꝛietas termini.termin⁹ cū vt in ꝑmo pꝛiorum dictū eſt.eſt in quem reſoluitur ꝓpoſitio vt in ſubiectuz ꝛ pꝛedicatū appoſitio eſſe vel nō eſſe.Quarto ſic.aliquе ſunt pꝛopoſitiones exponibiles in quibus non ponitur ſincathegreuma.ergo male ꝺꝛ in diffinitōne ꝓpī ſincathegreuma in ea poſitū.Quinto ſic.oīs diuiſio debet eſſe bimembris.ſed diuiſio eoꝝ que faciunt pꝛopoſitionem exponibilem non eſt bimembris.ergo ipſa non eſt bona.

Ad argumēta ante oppo. Ad pꝛimū iſtoꝝ dicitur ꝙ licet omnis ſcientia ſit realis eo ꝙ eſt habitus qualificatiu⁹ anime:tamen non oporꝛet ꝙ obiectū illius ſciētie ſit reale.ꝫ ſufficit ꝙ habeat aliquo modo fūdamentū in re.Ad ſecundū dicitur ꝙ expoſitio a qua ſumitur ſilogiſmus expoſitoꝝ bñ eſt ſpecies argumētationis.ꝫ de illa nō ē hic ad pꝛopoſituz vt patuit in ſecundo notabili.Ad tertiuz dicitur ꝙ hic accipitur expoſitio pꝛout attribuitur ꝓpoſitionib⁹ ꝛ nō terminis.qz ꝓpoſitio ē illud qꝺ exponitur.nec capitur ibi expoſitio pro reſolutione que bene conuenit termino tanq̄ illi in quem fit reſolutio.Ad quartū dicitur ꝙ nulle ſunt pꝛopoſitiones exponibiles in quib⁹ nō ſit ſincathegreuma vel formaliter vel eq̄lenter.Ad quintum dicā ꝙ licet diuiſio generis debeat eſſe bimēbris:tamen diuiſio multiplicis eq̄uoci nō debet eē bimēbris cuiuſmodi eſt p̄ns diuiſio

Sequitur de signis exclusiuis. vñ signa exclusiua sunt q̃ ex sua ꝯsignificatione exclusionẽ importãt: ꝛ a q̃ busdã dicit ꝓpositio exclusiua. vt sunt iste dictões solus vnic⁹. tm̃ tm̃ modo dũtaxat. ꝛ sic de alijs. Hec ãt signa q̃ñq; excludũt gratia alietatis: ꝛ q̃ñq; gratia pl'alitatis: ꝛ q̃ñq; ponũtur in oꝛõe sine negatõne. ꝛ q̃ñq; cũ negatõe precedente aut seq̃nte. De istis aũt tales dant regule. Prima ẽ q; ꝓpositio exclusiua sine negatione exponit per vnã copulatiuã affirmatiuã: cui⁹ ꝑma ps est ꝑiacens exclusiue. ꝛ secũda ps ẽ negatiua ipoꝛtãs negatõez ꝑdicati de oibus alijs a subiecto: vt tm̃ homo currit. i. hõ currit ꝛ nichil aliud ab hoie currit. vel tm̃ apli dei sunt duodeci. i. apli dei sunt duodeci et non pl'es q; duodecim. Secũda regula ẽ q; propositio exclusiua huius generis infert copulatiuã ex compositã ex duab⁹ exponẽtibus siue ꝯponẽtibus. ꝛ quãlibet earũ seoꝛsum et nõ ecõtra. vt tm̃ homo currit: ergo hõ currit: ꝛ nihil aliud ab homine currit. Tertia regula ẽ q; ab exclusiua affirmatiua ad vl'es de terminis trãspositis est bona ꝯsequẽtia si fiat exclusio gr̃a alietatis ꝛ non ecõtra. vt tm̃ aial est hõ: ergo ois hõ est aial. Quarta regula est q; exclusiua ꝺtradictoria ꝓpositionis exponit' per disiũctiuã affirmatiuã de ꝓtibus ꝺdictionis ꝓpositionis exclusiue. vt ista nõ tm̃ hõ currit. i. null⁹ hõ currit vel aliq̃d ab hoie currit. ꝓz ex vi tute ꝺdictõis. quia vtrobiq; seruat' oppositio ꝺdictõis. ꝛ ex hoc etiã paret q̃liter in eis valeat cõsequẽtia. Quinta regula est exclusiua i qua ponit' vna negatio sequẽs exclusionẽ exponit' ꝑ vnã copulatiuã affirmatiuã. cui⁹ ꝓma ps est negatiua ꝑiacẽs. alia est affirmatiua in q̃ ꝓdicatum affirmatiue enũciat' de quolibet alio. vt tm̃ accidẽs nõ est substãtia. i. accidẽs nõ est substãtia. et omne aliud ab accidẽte est substãtia. et ꝑ hoc ꝓz q̃liter ꝺdictio eius est exponenda. ꝛ qualit' valeat consequentia in exclusiuis.

Postq̃ autoꝛ supꝛius determinauit de ꝓpositione expoibili in cõi. ꝛ de his q̃ reddit ꝓpositionẽ expoibilẽ ponendo ꝺffinitionem eius ꝛ enumerando octoplicia sincathegreumata aut saltem sincathegreumatibus ẽqualenia facientia ꝓpositionẽ expoibilẽ. Hic cõsequẽter determinat de signis exclusiuis de q̃bus ꝓmisit se determinaturꝰ. ꝓmo sic ꝺffiniens signa exclusiua dicẽs. Signa exclusiua sunt q̃ ex significatõe exclusionẽ ipoꝛtant ꝛ a q̃bus ꝓpositio reddit' exclusiua: vt sũt iste dictiones: tm̃ solũ solũmõ dũtaxat. Et ꝺꝛ notãter q̃ ex significatõe exclusionẽ ipoꝛtãt. et nõ q̃ significant exclusionẽ: qꝛ signa exclusiua nõ dicũt' ex eo q; significẽt exclusionem ꝫ qꝛ exercent eã. vt tm̃ solus. dictiones exclusiue dicũt' ab exclusiõe exercitata ꝛ nõ ab exclusione significata. sicut securis ꝺꝛ insessiua ab insessiõe exercitata. et nõ ab insessione significata. qꝛ securis non significat insessionem: ꝫ exerceat ip

sum scindere: sed significat secundum.

¶ Pro quo primo sciẽdum est q̃ exclusio dupliciter intelligit̃. s. vt concepta ⁊ vt exercita. Exclusio ꝯcepta designat̃ ꝑ illud nomen exclusio. Et exclusio exercita exercitio gñali designat̃ ꝑ hoc v̄bũ excludo. ⁊ ꝑ has dictiones tm̃ ⁊ solũ intelligit̃ exclusio vt exercita exercitio speciali. sicut eq̃tatio significat̃ vt concepta ꝑ hoc nomen equitatio. et ꝑ hoc verbũ equito significatur vt exercita. vt cum aliquis exercet eq̃tationem equitando.

¶ Secundo sciendũ est q̃ hec signa exclusiua q̃nq̃ excludunt gr̃a alietatis: vt tm̃ homo est nisibilis. q̃nq̃ vero gratia pl'alitatis: vt tm̃ sunt decẽ predicamẽta. Q̃nq̃ etiam ponũtur negatiue: vt tm̃ aial rõnale ẽ hõ. Q̃nq̃ vero cũ negatione p̃cedente exclusionẽ vt nõ tm̃ aial currit. Q̃nq̃ vero cũ negatione sequẽte signũ exclusiuũ: vt tm̃ animal non est substantia. Et q̃nq̃ cum negatione p̃posita ⁊ postposita ad signũ exclusiuũ. vt non tm̃ homo non est substãtia. que ꝯtradicit illi in q̃ solum postponit̃ negatio. Vñ aliter exponit̃ illa ꝓpositio q̃ est sine negatione. ⁊ aliter illa in qua ponit̃ negatio p̃cedens exclusionẽ. ⁊ alit̃ illa in qua ponit̃ negatio seq̃ns exclusionem. ⁊ aliter sua ꝯtradictoria sicut patebit in regulis sic statim declarandis.

¶ Tertio sciendum est q̃ propositio exclusiua sine negatõne sumpta exponit̃ ꝑ copulatiuã affirmatiuã. cui⁹ ꝑma ps est p̃iacẽs exclusiue. ⁊ secũda ps ẽ negatiua ipoꝛtãs negationẽ p̃dicati ab oĩbus alĩs a subiecto vt tm̃ hõ currit. i. hõ currit. ⁊ nihil aliũ ab homine currit. vel sic ꝑticularis alios hõ currit ⁊ nullus non hõ currit. Vñ p̃iacens ꝓpositõis exclusiue est ꝓpositio sumpta sine dictõne exclusiua cui tm̃ pot addi signũ exclusiuũ. vt illa ꝓpositio hõ currit est p̃iacens illius tm̃ homo currit. Et ad exclusionẽ quattuor req̃runt̃. s. illũ q̃ excluditur. illud a quo excluditur. illud respectu cuius excludit̃. ⁊ ꝑpe actus excludendi. vt cũ dr̃ solus homo currit. animalia alia ab homine sunt id q̃ excluditur. ⁊ homo ẽ id a quo excludit̃. ⁊ cursus ẽ id respectu cui⁹ excludit̃. ⁊ illa dictio solus ipoꝛtat actũ excludẽdi. Vñ ꝓpositio exclusiua affirmatiua infert copulatiuã ꝓpositã ex duab⁹ componẽtib⁹ ⁊ quãlibet earũ seorsum ⁊ nõ econtra. vt bene seq̃tur tm̃ aial currit ergo animal currit. ⁊ nihil aliũ ab animali currit. bene etiã seq̃tur tm̃ aial currit. ergo animal currit. ⁊ similiter bene sequit̃ tm̃ animal currit: ergo nihil aliud ab aiali currit. Infert insuper propositio exclusiua affirmatiua vnam vniuersalem de terminis transpositis. vnde bene sequitur tm̃ animal est homo: ergo omnis homo est animal.

¶ Quarto sciẽdũ est q̃ propositio exclusiua contradictoria prioris. i. in qua ponit̃ negatio p̃cedẽs exclusionẽ exponit̃ per disiunctiuã affirmatiuã de ꝑtibus ꝯtradicentibus partibus prioris copulatiue. vt ista nõ tm̃ homo currit. sic exponit̃ nullus hõ currit vel aliud ab hoĩe currit. Vñ partes affirmatiue copulatiue dicũtur ꝯtradicere partibus negatiuis disiũctiue sibi ꝯtradictorie. vt iste due cõtradicũt homo currit ⁊ nihil ab homine currit ⁊ nullus homo currit vel aliq̃d aliud ab homine currit. quia sunt de partib⁹ ꝯtradicẽtibus. Sed ꝓpositio exclusiua in qua ponit̃ solum negatio seq̃ẽs exclusionẽ exponit̃ ꝑ vnam copulatiuã. cuius ꝑma pars est negatiua p̃cedens. ⁊ alia ẽ affirmatiua in q̃ p̃dicatum affirmatiue enũciatur de quolibet alio a subiecto: vt tm̃ accidens est substãtia. sic exponitur accidẽs nõ est substãtia. ⁊ omne aliud ab accidẽte est substãtia. et sua ꝯtradictoria. s. illa in qua ꝓponitur ⁊ postponitur negatio signo exclusiuo exponitur ꝑ disiunctiuã de partibus cõtradicentibus partib⁹ prioris copulatiue. vt ista non tm̃ accidens non est substantia. sic exponitur. accidens est substantia vel omne aliud ab accidente non est substantia.

¶ Ex p̃dicta arguit̃ Prio sic: per signa exclusiua non intelligit̃ exclusio exercita: ergo cõtra ea q̃ dicta sunt in ꝑmo notabili. añs pz. quia exercita exclusio non significatur ꝑ illa signa. imo nihil intelligit̃ ꝑ aliquẽ terminũ nisi ꝑ ipm̃ significare significetur cuz sit intellectũ de re constituere. ¶ Secũdo sic. omne illud q̃ exponit̃ gratia alietatis potest exponi gratia pluralitatis: ergo male dicitur q̃ signa exclusiua quandoq̃ excludũt gr̃a alietatis ⁊ q̃nq̃ gratia pluralitatis. ¶ Tercio sic. ista est ꝓpositio exclusiua sine negatõe tm̃ pater in diuinis est essentia diuina. tamen non exponitur per copulatiuã affirmatiuaz cuius ꝑma pars sit p̃ciacẽs exclusiue. ⁊ secũda ps sit negatiua ipoꝛtãs negatõem p̃dicati de oĩbus alĩs a subiecto. q̃ nõ sequit̃ tm̃ pater in

diuinis ẽ essentia diuina: ergo pr̃in dinis est essentia diuina. ⁊ nihil aliud a pr̃e est essentia diuina; q: exponẽtes sunt ve ⁊ exposita ẽ falsa ergo ¶ Quarto sic. nõ seq̃tur tm̃ aial est hõ: ergo aial est homo ⁊ nihil aliud ab aiali ẽ hõ ⁊ tm̃ hic arguit ab exposita ad suas exponentes vt notũ est: ergo añs est verũ: q: bñ seq̃tur omis hõ est aial: ergo tm̃ aial est hõ. ab vniuersali affirmatiua ad suã exclusiuã de terminis transpositis et ꝓñs est falsum. nam bene seq̃t nihil aliud ab aiali est homo: ergo nichil non idẽ aiali est homo. q: nihil aliud ⁊ nichil non idẽ equalent. ⁊ vltra nihil non idẽ aiali ẽ hõ: ergo quodlibet idem aiali est homo. q: quodlibet et nihil nõ eq̃pollent ꝑ ꝑmã regulã equipollentiaꝝ. Et vltra quodlibet idẽ aiali ẽ hõ ergo quodlibet aial est homo: qd̃ est manifestũ falsum. ⁊ ꝑ consequẽs ista ad quã seq̃bat nihil aliud ab aiali est homo ẽ falsa. ¶ Quinto sic. non seq̃tur tm̃ animalia sunt sensibilia. ergo omnia sensibilia sunt animalia: quia antecedẽs est verũ ⁊ ꝯsequens falsuz. patet: q̃a lapides sũt sensibiles. ⁊ tm̃ nõ sũt aialia. q̃ arguẽdo ab exclusiua affirmatiua ad vl'em i terminis transpositis non est bona consequẽtia.

¶ Ad argumenta añ opposita.

Ad ꝑmũ istoꝝ dr̃ ꝙ ad hoc ꝙ aliqua dicto det intelligere aliquid non oportet ꝙ illud significet. sed sufficit ꝙ ipm consignificet. ⁊ q̃a signa exclusiua ꝯsignificãt exclusionẽ exercita tã. ideo eam dat intelligere. ¶ Ad secundum dr̃: ꝙ lz aliquãdo illud qd̃ exponit̃ gratia alietatis ponit exponi gr̃a pluralitatis. vt ista exclusiua tm̃ aialia rationalia sũt nsibilia potest exponi gr̃a alietatis ⁊ gr̃a pluralitatis. tm̃ ꝓpositio q̃ est exponibilis gr̃a alietatis nõ semper potest exponi gr̃a pluralitatis: ideo nõ sumit simpliciter falsum. ¶ Ad tertiũ dr̃ ꝙ ista de vi sermonis ⁊ scõm ꝓpriũ sensum est falsa quia hec dictio tm̃ magis respicit subiectum ꝙ formam subiecti. ⁊ excludit aliũ in masculino a ꝯsortio p̃dicati. ideo debet sic exponi tm̃ pater in diuinis est essentia diuina. i. pater i diuinis est essentia diuina. ⁊ tunc conseq̃ns est falsum sicut añs. Si vero excludit a forma subiecti sic bene exponitur modo dicto añ oppositum. q: tunc antecedens est veruz sicut ⁊ cõsequens. sensus enim huius est tm̃ pater in diuinis est essentia diuina. id est ille cũ quo nullus alius pater est essentia diuina in diuinis. cum em̃ dicimus tm̃ pater in diuinis est essentia diuina non negamus filium et spm̃sanctũ esse essentia diuina: sed hoc dicentes significamus ꝙ illi simul cum eo non sunt pater. ¶ Ad quartũ dr̃: ꝙ negat añs ⁊ assumptũ: inde ꝯsequẽs. videlicet ꝙ añs sit verũ et ꝯsequẽs falsum. Et ad consequẽtias improbantes cõcedũtur omnes dempta ista nihil nõ idẽ aiali ẽ homo: ergo qlibet idẽ animali est homo. q: licet nihil non et quodlibet equipolleat. tamẽ nihil non idem animali ⁊ quodlibet idem animali nõ equipollent ꝓpter duas causas. Prima est q: cũ dr̃: nihil non idez aiali est homo. ambe negationes non feruntur ad eandez copulam: q: prima fertur ad est. alia vo ad hoc qd̃ dr̃ existens. modo regule consequentiarũ debent intelligi qñ negatio inclusa in signo ⁊ alia postposita ferũtur ad eandẽ copulã. et ꝓpter hoc ꝙ ille negationes ambe nõ feruntur ad idẽ, puenit. Secũda causa est videlicet ꝙ ille due non sunt eiusdem subiecti. imo subiectũ vnius ẽ ens idẽ animali. s. secũde subiectũ vero alterius. s. ꝑme est ens non idem animali. modo ad equipollentes req̃ritur ꝙ sint eiusdẽ subiecti. vñ eq̃pollentes istius nihil non idez animali est homo. est ista quodlibet nõ idem animali non est homo. ⁊ ille sunt eiusdẽ subiecti ⁊ p̃dicati et sunt ambe vere ⁊ negatiue. be. si em̃ daret ista qlibet idẽ aiali est homo: vt arguebatur tanq̃ ei eq̃pollẽs tunc negatiua eq̃polleret affirmatiue. nã prima ẽ simpliciter negatiua ⁊ secũda ẽ simplicit̃ affirmatiua. ¶ Ad q̃ntum dr̃ ꝙ si sensibile teneat̃ vniuoce in ambabus tunc consequentia est bona ⁊ sicut añs est verũ ita et conseq̃ns: sed si sensibile teneatur equiuoce in illis. s. in exclusiua pro sensibili actuo et in vniuersali de terminis transpositis pro sensibili passiuo sic nõ valet consequentia. modo regula est intelligẽda ꝙ ab exclusiua affirmatiua ad vniuersalem de terminis transpositis est bona consequẽtia si fiat exclusio gratia alietatis: ⁊ termini teneantur vniuoce in ambabus.

Sequit̃ de dictõib⁹ exceptis dicũt̃ aũt dictões exceptiue q̃ significãt exceptionẽ alicui⁹ ꝑtẽti sub aliquo distributo cuiusmõi sũt p̃t̃ ꝓter q̃. ⁊ sic de alijs. q̃b⁹ dãtur tales regule

Prima ē q̄ omnis exceptio fit a toto i quātitate. seu a termino sumpto sub signo vli. Est aūt totū in quantitate termin⁹ cōis cō muniter sumptus cuz signo vli. vt ois homo preter sortez currit

Secunda regula est q̄ dictio exceptiua non ipedita facit terminū ꝯmunē supza quē cadit immediate supponere simpliciter. vt omne aial preter hoiez ē irrationale. ibi hoiez supponit simpliciter.

Tertia regula ē q̄ vlis affirmatiua exceptiua exponit copulatiue p tres categoricas exponentes. quaz prima affirmat predicatū de subiecto sumpto cum aliud ꝛ ab. secunda affirmat predicatū de termino excepto. tertia est negatiua i q̄ predicatū negatur de termino excepto. vt omne aial p̄ter hoiem est irrationale. ista exponitur sic. omne aial aliud ab homine est irrationale: homo est aial: ꝛ homo non ē irrationalis

Quarta regula est q̄ vlis negatiua exceptiua exponit copulatiue p tres ꝓpositōes. Jn quarum p̄ma predicatū negat de subiecto sumpto cū aliud ꝛ ab. in secūda affirmat p̄dicatū de termino excepto. in tertia affirmatur vl'r p̄dicatū de termino excepto. vt hic nullū aial p̄terq̄ homo est risibile. Exponit sic. nullus aial aliud ab homine est risibile. homo est animal. ꝛ omnis homo ē risibilis. Ex his p̄z qualiter sue cōtradictorie sunt exponende. ꝛ q̄liter valeat consequentia in ipis

Postq̄ supius autor determinauit de dictionibus exclusiuis. hic ꝓsequēter determinat de dictionibus exceptiuis. Cuius ordinis ratio ē q̄: dictōnes exclusiue secludūt ab aliquo actu plura tota distincta aut plures quoz ptes dictiones autē exceptiue sōlū excludūt respectu alicuius actus aliquod contentuz sub aliquo distributo. et ideo patet ordo.

Circa quo sciendum est p̄mo q̄ autor in textu sic diffinit dictōnes exceptiuas dicēs dictōes exceptiue sunt q̄ significant exceptionē alicuⁱ ptēti sub aliquo distributo. vt p̄ter preterq̄ ꝛ sic de alijs. et ponit ibi ly q̄ loco generis. ē em̄ q̄ relatiuū dās intelligere suum añs qđ est sincathegreuma qđ hz modū generis respectu dictōis exceptiue. ꝛ totū resi duū ponit ad differentiā oīm alioz sincathegreumatū reddentiū ꝓpositionē exponibilez quoz nullum significat exceptionē alicuⁱ contenti sub aliquo distributo.

Secūdo sciēdū ē q̄ vt dicit autor in textu ois exceptio fit a toto in quātitate cuⁱ rō ē: q̄ oportet q̄ illud qđ ve excipit sit ps fm actū cōtenta in eo a quo excipit. et q̄: solepres totius in quātitate sunt actualiter cōtente in suo toto ꝛ non ptes alioz toto nisi habeant reductionē ad totū in quātitate. ido exceptio fit i quātitate. Circa vere possumꝰ colligere q̄ ad ꝼ q̄ aliq̄d excipiat ab aliquo toto duo req̄runtur. p̄mo q̄ illud sit pars illiⁱ a quo excipitur fm actum. ꝛ quia partes subiective in modo non sunt fm actum i suo toto. ideo non possunt excipi a suis totis.

Tertio sciēdū est q̄ exceptiua affirmatiua exponitur copulatiue p tres exponentes sicut satis ad longū dicitur in textu ꝛ si in ea ponat preter. ly preter descēdendo sub terminō a quo fit exceptio dz mutari in aliud a. vñ i exceptione quattuor req̄runt. s. excipiēs qđ est dupler. s. principale vt est intellectus. et instrumentale vt dicto exceptiua. terminus exceptiuus. id a quo excipit. ꝛ actⁿ respectu cuⁱ fit exceptio. ꝛ terminus exceptus vtute dictōis exceptiue non ipedite supponit

simpliciter.et omnes alij.termini ꝓpositōis exceptiue eodē modo supponūt sicut in ꝓcedē te. Sed exceptiua negatiua ꝺictoria ꝓcedē tis exponit disiūctiue ꝙ ꝓpositōes ꝓtradicentes ꝓtibus ⁊ ponentibus ipam affirmatiuam vt patet per naturā contradictionis.verbi gratia.ista exceptiua non omne animal ꝓter hoīnē est irrationale.sic exponitur.omne aial aliud ab hoīne non est irrationale.vel homo non est aial.vel homo est irrationalis.

Quarto sciēdū est ꝙ vniuersalis negatiua exceptiua exponit copulatiue ꝙ tres ꝓpositōes sicut clare deducit in textu. sed sua ꝺictoria exponit disiūctiue per tres ꝓpositōes ꝺicentes partibus copulatiue talis disiūctiue ꝺictorie: vt ista.non nullus aial ꝓter hoīem currit.sic exponitur. aliqꝺ aial aliud ab homine currit: vel aliquis homo nō est animal: vel aliquis homo currit.

Sz ꝺ ꝓdicta arguit ꝓprio sic. ꝓter ē dictio exceptiua: ⁊ tn nō ip̄ significat exceptionē:ergo ⁊c.minor ꝓbatur.quia in ista ꝓpositione. tu debes decem francos ꝓtē viginti scuta.hy ꝓter non significat exceptōem nam sensus illius ꝓpositiōis est: tu debes decem francos cū viginti scutis. Secūdo sic exceptio fit a toto integrali: vt patet dicendo totus sortes ē in archa ꝓter pedē.ergo male ꝺr in textu ꝙ oīs exceptio fit a toto i quātitate. Tertio sic.exceptio fit a toto vlī.ergo ⁊c.añs patet dicēdo hō ratiocinat ꝓter sortes q̄ est velanus. Quarto sic.terminus exceptus non ſp accipitur simpliciter. ergo male ꝺr in textu ꝙ dictio exceptiua facit terminum communē supra quē cadit supponere simpliciter.añs patet.qr terminus exceptus excipit respectu alicuius actus. modo actiones sunt singularū et suppositoꝝ ꝓhemio methaphisicoꝝ.et sic terminus exceptus supponit ꝓsonaliter et nō simpliciter. Quīto sic. ista est vna ꝓpositio exceptiua. nullus hō ꝓter asinū currit.et tamen illud quod excipitur nō cōtinetur ſm actum in toto in quantitate a quo excipitur. ergo ille conditiones assignate ad hoc ꝙ aliquid excipiatur non sunt bone.

